SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS
SEPARATIM EDITI.

IONAE
VITAE SANCTORUM
COLUMBANI, VEDASTIS, IOHANNIS.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1905.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

IONAE

VITAE SANCTORUM

COLUMBANI, VEDASTIS, IOHANNIS.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1905.

IONAE

VITAE SANCTORUM

COLUMBANI, VEDASTIS, IOHANNIS.

RECOGNOVIT

BRUNO KRUSCH.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1905.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM

HOC VOLUMINE CONTINENTUR:

PRAEFATIO.

Ionas abbas de litteris hagiographicis ecclesiae Gallicanae optime meritus in celeberrimo monasterio Bobiensi non solum regulae praeceptisque conditoris tunc mortui, sed etiam operibus classicis, veluti Livi, studuerat, cuius locum quendam e libris deperditis depromptum solus servavit, et licet arte omnino caruerit, ipsum tamen studiorum illorum vestigia nonnulla et retinuisse et posteris tradidisse negari nequit atque inprimis Vita Columbani, ad quam componendam plurimum operae et diligentiae contulisse videtur, exemplum factum est, quod successores imitarentur. Sicut Columbano duce Scotti discipulique eorum ecclesiam Gallicanam primum renovaverunt, Anglosaxonibus viam sternentes, a quibus postea expellebantur, ita qui res ab eis gestas conscripsit auctor item peregrinus, Italus scilicet, clerum indigenam illius aevi ad vitas miraculaque conscribenda quasi informavit eique litterarum generi suum signum impressit, quare quo in codicibus nonnullis appellatus est praeceptoris nomen aliquo modo defendi potest. Itaque vitae eius per duos Scriptorum rerum Merovingicarum tomos adhuc dispersae dignae visae sunt, quae seorsum ederentur, cum reliquae tum maxime Columbani illa celeberrima. Atque in hanc praecipue operam studiumque impendi, occasionem emendandi et supplendi nactus, omnibusque qui noti sunt codicibus iam examinatis, et prooemium latius accrevit et apparatus multo amplior redditus est. Illi nunc codices illati sunt circiter CXX, qui in editione priore fuerant XL; huic permultae lectiones accesserunt et librorum iam dudum adhibitorum, quos nunc plenius exscripsi quam antea, et novorum aliquot, quibus ad textum recensendum adhuc usus non eram. Nec amplius chartae Bobienses in rebus gestis describendis neglegendae erant, postquam fidei ipsarum insignis vindex interim surrexit. Vita Vedastis auctori suo restituta de loco baptismi Chlodovechi vehementissimam controversiam intulerat, dataque occasione, ea quae ante hos annos hac de re disserueram

retractare nunc visum est. Lectiones vero huic textui addendae non erant nisi unius codicis et recentioris aevi et interpolati. Denique ad Vitam Iohannis recensendam nova subsidia interim non emerserunt. Libris nunc primum collectis auctoris, qui pro tempore et pro re munus suum praestitisse videtur, utinam nomen fere extinctum apud litterarum studiosos revirescat atque ab oblivione vindicatum in suum locum restituatur!

Scribebam Wratislaviae mense Ianuario a. MDCCCCV.

B. Krusch.

CONSPECTUS CODICUM.

I. Vita Columbani.

II. Vita Vedastis.

VITAE COLUMBANI
ABBATIS DISCIPULORUMQUE EIUS
LIBRI II.

*SS.R.Merov. IV, p. 1.

*Ecclesiae Gallicanae instituta eo magis aevo Merovingico senescere videbantur, quo populi decrepiti in deterius mutabantur mores, neque cupiditates humanas concilia episcopive coercere valebant, sed inulta plerumque patiebantur flagitia foedissima. Disciplina igitur ecclesiastica fere dissoluta erat, neque neglegentes timorem habebant neque studiosi incitabantur[1]. Sedes episcopales senatoriis tantum nobilioribusque familiis patebant, pecunia data haud raro acquisitae ab iis, qui ad ordinem quemlibet magis praeparati erant quam ad ecclesiasticum. Episcopi igitur creati quam antea degerant continuabant vitam neque, sicut canonibus statutum erat, uxoribus semper abstinebant neque stupro flagitiisque eiusmodi; clericos autem subditos exempli pessimi diligentissimos fuisse sectatores non est quod mireris. Sane honesti quoque laudabilesque inter episcopos aevi illius reperiuntur, de re ecclesiastica optime meriti, sed minus idonei aut indigni praevalebant, quorum pluris intererat fructus praebendae capere, quam cura animarum fungi delictorumque coercitione. 'Neglegentia igitur praesulum religionis virtus paene abolita habebatur'[2], atque vitae christianae exemplum imitandum neque inter clericos neque inter laicos reperiebatur nisi perraro. Res coenobialis eodem modo neglecta iacebat, ita ut ne Lerinum quidem monasterium illud celeberrimum quam per longum temporis spatium obtinuerat conservasset auctoritatem, disciplina laxata regulari[3]. Litterarum liberalium studium, quod ex urbibus Gallicanis decedere cum Gregorio Turonensi conquerebantur plerique[4], vertente saeculo VI.

1) *Columbani ep. II, MG. Ep. III, p.* 160. 2) *V. Columb. I,* 5. 3) *Ib. II,* 1; *cf. SS. R. Meroving. III, p.* 434. 4) *Greg., Praef. hist. Fr., SS. R. Merov. I, p.* 31; *cf. G. Kaufmann, 'Rhetorenschulen und Klosterschulen oder heidnische und christliche Cultur in Gallien während des* 5. *und* 6. *Jahrh.' (v. Raumer, 'Histor. Taschenbuch'* 1869, *p.* 79*).*

nondum plane extinctum erat, sicut ex V. Desiderii episcopi Viennensis colligi licet[1], *etsi componendi facultas paene exaruerat. Ecclesiae Gallicanae senescenti novus surculus insitus est mox late diffusus immigrantibus Scottis.*

*p. 2. **Columbano* *duce vel Columba*[2] *duodecim monachi*[3] *natione Scotti*[4], *quae gens non tam legibus*[5] *quam fidei christianae fervore reliquas tunc longe praestabat, viri admodum provectae aetatis ex Hibernia profecti ad Britanniam Gallicam appulerunt, ibique paulisper remorati, tandem Gallias adire constituerunt ad mores hominum inquirendos, ut si ingenia repperissent ad salutem recipiendam habilia, ibidem consisterent, sin aliter, ad vicinas nationes transirent*[6]. *Erat autem Columbanus in Lagenorum finibus natus, liberalibus litteris a pueritia usque ad virilem aetatem institutus,*

1) *Cf. SS. R. Merov. III, p.* 620. *Artes Romanorum urbanas inprimis in Gallia meridiana diutius perdurasse monuit H. Zimmer, 'Über die Bedeutung des irischen Elements für die mittelalterliche Cultur' ('Preussische Jahrbücher'* 1887, *LIX, p.* 27—59*).* 2) *Utroque nomine Ionas in V. Col. I,* 2: Columbanus qui et Columba *et I,* 17: beatus igitur Columbanus, isdem Columba, *alias modo hoc, modo illo utitur. Sanctus ipse in epistulis suis nomen Columbae anteposuit, quod Ionas hebraice, Peristera graece reddidit (MG. Ep. III, p.* 176*) latineque immutavit in Palumbum (ib. p.* 170*), sed in una earum eaque vetustissima nomen convertitur (ib. p.* 156*) 'Bargoma vilis columba', i. e. Bariona filius Columbae, neque Ionas, ita ut pater ipsius Columbae nomen tulisse videatur, versusque qui ei iusto iure attribuuntur (ib. p.* 182*) acrostichon efficiunt:* Columbanus Hunaldo. *Cum igitur non solum biographus, sed etiam sanctus ipse utrumque nomen adhibuerint, cumque hic Columba nuncupari nequeat nisi addito vocabulo iuniore, ut ab abbate Hyensi seniore distinguatur, neglectis recentiorum rebus novis, nomen Columbani ante hos annos solum usitatum servare visum est et Funkio ('Zur Gesch. der altbritischen Kirche', 'Kirchengesch. Abhandl. uud Untersuch.' I,* 430*) et mihi.* 3) *E quibus solus notus est alter Columbanus, quem ex eodem genere unoque commeatu et nomine ex Hibernia processisse Ionas, V. Columb. I,* 17, *rettulit. Praeterea Scottos nominavit e Fontanensibus monachis hos Comininum, Eunocum, Equonanum, dum quartum Gurganum genere Brittonem fuisse affirmat (c.* 13*). E sodalibus Columbani longe clarissimus Gallus ille est, cuius vitas Scr. rer. Merov. IV, p.* 229—337. *edidimus. Denique ipsius comites enumerandi sunt Autiernus (c.* 11*), Lua et Potentinus (c.* 21*), sive Scotti erant, sive non.* 4) *Cf. Adami Gesta Hammab. eccl. pontif. IV,* 10: Hyberniam Scotorum patriam, quae nunc Irland dicitur. 5) *V. Columb. I,* 2. 6) *Ib. I,* 4. *Quaeritur, utrum vicinae nationes intellegendae sunt Alamanni aliique pagani an Itali, sicut A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 263[3], *statuit. Certe Columbanus, antequam Italiam adeundi consilium cepit (V. Columb. I,* 25*), 'gentes' se visitaturum voverat (MG. Ep. III, p.* 167*), cumque 'proximas nationes' Theudebertus ei ad praedicandum obtulisset (V. Columb. I,* 27*), ad conatum rediit, si forte 'gentes vicinas' convertere valeret, scilicet Alamannos.*

i. e. grammatica, rhetorica, geometria, utque in sacrarum scripturarum scientia magis proficeret, relicto solo natali, Sinilis cuiusdam viri venerabilis scholas adierat[1]*; regularem autem monachorum disciplinam in monasterio didicerat quod* 5 *in Ultonia situm* ***Bangor*** *appellatur apud Comgellum et abbatem et conditorem eiusdem. Is egregio discipulo, qui iugum Christi magna cum humilitate susceperat seque ipsum abnegando mortificationem corporis libenter perficiebat, non sine maestitia licentiam peregrinandi dederat primo denegatam* 10 *comitesque itineris addiderat, duplici, nisi fallor, ratione ductus, scilicet ut aliorum utilitati consuleret neve proprii monasterii et regulae et familiae propagandae obsisteret. Egressi autem coloni, quamvis longe a matre remoti in extremo oceano sita, non minore tamen ipsam colebant pietate,* 15 *'versiculos illos familiae Benchuir':*

Benchuir bona regula,
Recta atque divina,
Stricta, sancta, sedula,
Summa, iusta ac mira,

20 *et infra:* Virgo valde fecunda
Haec et mater intacta,
Leta ac tremebunda,
Verbo Dei subacta,

**reliquosque hymnos patrios concinentes, quos antiphonarium* *p. 3.
25 *vetustissimi codicis Bobiensis servavit in aevum*[2].

Scotti illi pro Christo salvatore peregrinantes nudos se facilius quam divites sermonem Domini posse complere existimabant, mundoque semel renuntiantes, simul et causas vitiorum et fomites iurgiorum amputaverant[3]*. Sectabantur* 30 *enim Domini exemplum illud*[4]*:* Qui vult post me venire, abneget semet ipsum sibi, tollat crucem suam et sequatur me *(Luc. 9, 23). Mortificationis amore ducti humilitatem perfectam omnes ostentabant mortemque perennem evitari non posse docebant nisi paenitentiae medicamentis*[5] *eamque sa-*

35 1) *V. Columb. I,* 3. 2) *Sanctimoniales Evoriacenses sectae Columbanianae adscriptae aevo Burgundofarae eandem communionis antiphonam canebant quae antiphonario Benchorensi continetur; cf. V. Columb. II,* 16. *Codicem Bobiensem antiphonarii illius arte photographica accuratissime expressum diligenter transcripsit emendavitque F. E. Warren, 'The* 40 *Antiphonary of Bangor' ('Henry Bradshaw society', Londinii* 1893. 1895, *tom. IV. X), cuius operis parte priore fol.* 30. *'Versiculi familiae Benchuir' continentur.* 3) *Columbani ep. II, MG. Ep. III, p.* 163. 4) *V. Columb. I,* 6. 5) *Ib. I,* 5. 16.

lutem praedicabant, quocumque perveniebant. Columbanus cum gentes se visitaturum eisque evangelium praedicaturum vovisset[1], *tamen salutem seri non posse intellexit nisi certis collocatis domiciliis. Manifestum enim erat peregrinantis praedicationem effectum promereri parum stabilem, quamquam ea quae praedicabat proprio quoque exemplo confirmabat. Urbes autem, quae ad novas disciplinas propagandas hodie visitari solent, contemptori huius mundi neque conveniebant neque propter episcopos patebant ex causis, de quibus infra disserendum est, sed deserti quies ei qui saeculo renuntiaverat aptius eligenda erat, ut exemplo et opere sectatores acquireret, nec ipsum rem fefellisse ex effectu colligi potest. Igitur in Burgundiam profectus peregrinationem suam interrupit atque in eremo Vosagi montis anno* 591. *cellula constructa*[2] *consedit, scilicet in castro olim diruto cui nomen erat Anagrates*[3] *haud procul a finibus Suevorum, qui latrocinantes usque in ea loca progrediebantur*[4]. *Cibus in locis asperis ac scopulosis initio satis tenuis erat, scilicet cortices arborum herbaeque saltus et inprimis parvula illa poma, quae frutices rubique ferebant quaeque bullugas vulgo appellabant*[5]; *sed inopia maxima instante, piis peregrinatoribus vicini fideles alimenta necessaria equis vehentibus afferebant, velut Carantocus*[6] *abbas monasterii Salicis et ipse alienigena, scilicet Britto*[7]. *Cum omnes parco cibo aut fame carnem voluptatesque contererent Deoque mortificata membra offerrent, tamen Columbanus ipse adhuc severiorem vitae rationem ingressus, diebus dominicis aliisque festis appropinquantibus, de media sodalium societate recedebat atque in secretam eremi specum se recipiebat ab Anagrate circa septem milia distantem, ut absque curis solus ieiunio orationique vacaret religionique se dederet; cum fratribus autem commercium per ministrum qui ipsum comitabatur Domoalem*[8] *nomine exercebat. In saltibus aviis cum feris saepe congrediebatur neque vero vel rapaciores ei nocebant, sed qui prope specus quas frequentare solebat commorabantur ursi lupique ipsius iussis potius oboediebant*[9]; *amicissime enim cum bestiis silvestribus vixisse videtur, ad cuius imperium ferae avesque testante Chagnoaldo ministro discipuloque statim venerint, quas manu blandiens attrectabat,*

1) *Columbani ep. IV, MG. Ep. III, p.* 167. 2) *Cf. V. Columb. I,* 8: secessit a cellula. 3) *Ib. I,* 6. 4) *Ib. I,* 8. 5) *Ib. I,* 9; *cf. c.* 27. 6) *Ib. I,* 7. 7) *De eius nomine v. Zimmer apud A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I,* 266[3]. 8) *V. Columb. I,* 9. 9) *Ib. I,* 8. 27.

quique sciuros ex arduis arborum culminibus arcessere potuerit, quos collo imponebat aut sinu recipiebat[1].

Vita solitaria Scottorum piorum ubi in vicinia percrebruit, vulgus undique eo confluere coepit et inprimis 5 aegri infirmique ob sanitatem recuperandam Columbanum frequentabant, qui orationibus suis omnes curasse dicitur[2]. *Cumque etiam monachorum societas in diem cresceret multitudinemque locus fere capere nequiret, sanctus ad monasterium construendum Luxovium*[3] *castrum elegit circa octo milia ab 10 Anagrate distans,* **locum scilicet opportuniorem, ubi aquae* *p. 4. *calidae cultu eximio constructae extabant, quae usque in hodiernum diem frequentantur. Novum monasterium vel nobilium liberi, contemptis honoribus pompaque saeculi, undique petebant, tantusque factus est discipulorum concursus, 15 qui cultui religionis se dedere desiderabant, ut unum monachorum collegium iam minime sufficeret. Quare loco aquis irriguo Columbanus alterum construxit monasterium Fontanas nomine mox adeo celebre, ut per 60 fratres*[4] *agri colerentur. Utrumque cum iam unus gubernare nequiret, praepositos in-20 stituit religione conspicuos; ipse autem administrationi supremae invigilabat, modo hic modo illic versatus, regulamque ad disciplinam stabiliendam condidit, quae adhuc extat*[5].

Scotti illi piscatui insistebant in fluviis rivisque e Vosago decurrentibus Mosella, Brusca, Lignone, neque Colum-25 banus eremum solito more et nonnumquam per 50 dies frequentans tenuem victum piscibus aliquo modo condire praetermittebat, occasione data[6]. *Cum autem maior monachorum numerus in silvis aviis sustentari nequiret, solum incultum, caesis arboribus, a radicibus lapidibusque purgandum atque 30 agriculturae aptandum erat. Quercus vetustas, immissis cuneis arietibusque, fratres in saltu magna vi partiebantur, ita ut mirarentur adstantes*[7]. *Manus, ne duro labore laederentur, Columbanus tegumentis operiebat, quae Galli wantos vocabant; calceamenta autem e corio facta ferebat 35 cervino*[4] *alioque. Terram fratres sarculo excolebant glebasque magno labore scindebant, ut arva semini futuro praepararent*[4]. *Agri frumentarii quos prope monasteria instituebant saepibus muniti et fortasse paucis casulis instructi a Iona calmina appellantur, iisque vel nomina indita erant 40 talia qualia Baniaritia*[7], *Fredemungiacas*[4]. *Ad segetem metendam fratres ipsi duce Columbano se eo conferebant,*

1) *V. Columb. I*, 17. 2) *Ib. I*, 7. 3) *Ib. I*, 10. 4) *Ib. I*, 17.
5) *V. infra.* 6) *V. Columb. I*, 11. 7) *Ib. I*, 15.

victum secum ferentes, neque semper feliciter messem cessisse exemplo monachi edocemur, qui digitum falce absciderat, ut non haereret, nisi parva retinente pelle. Novus ager si messium copiam locupletem dederat, soles assidui exoptandi erant, ne, emisso germine, in stipula messis periret, atque Columbanus ipse labori suo non pepercit, ut seges quam celerrime horreis conderetur[1]*. Quod cum factum esset, messis in area a fratribus virga caedenda erat*[2]*. Horreo cuique suus custos vel claviger praeerat*[3]*, eaque admodum referta esse opus erat, ut tanta multitudo pane aleretur. Monachi autem vel laborantes angustius reficiebantur, nam duo panes paululumque cerevisiae sexaginta hominibus vix suffecissent, nisi more Domini sanctus illa oratione sua multiplicare potuisset*[3]*. Potus, ut dixi, cerevisia erat, artemque eam ex frumenti vel hordei suco decoquendi, adsumpta brace, Scotti ex patria attulerant. Cura autem ministro refectorii vel cellerario mandata erat, isque hora refectionis ex vase quo ea condebatur tracto duciculo ampullam in cellario replebat*[4]*. Operi rustico faciundo Columbanus in utroque monasterio per vices intererat et Luxovii et Fontanis.*

Consederat autem in territorio Sequanorum, cuius caput erat Vesontio, atque in dioecesi Vesontionensi. Auctoritatis quam intra paucos annos vel apud nobilissimos sibi acquisierat testis est qui Vesontione tunc residebat dux Waldelenus nomine cum Flavia coniuge. Qui cum prole carerent, ad ipsum se conferebant in desertum, ut precibus eius sibi succurreretur, neque intercessionem suam denegavit, ea condicione, ut Domino nasciturum consecrarent sibique ex lavacro suscipiendum eum traderent. Duos iam uxor filios peperit Donatum et Chramelenum, quorum alter in monasterio Luxoviensi educatus sedi Vesontionensi episcopus postea praeerat, alter patre mortuo ducatum meruit. Uterque ad sancti regulam monasterium construxit, alter unum Palatium nomine in urbe episcopali, ubi et mater post mariti obitum monasterium puellarum condidit, alter alterum in saltu Iurensi ad Novisonam fluviolum situm[5]*. Ducalem igitur familiam adeo sibi* *p. 5. **devinxerat, ut sectatores studiosissimi ex ipsa sibi surgerent, neque vero ei qui sedem Vesontionensem tunc occupabat episcopo loci praesentia ipsius eodem modo accepta erat, totusque Burgundiae episcopatus prospero eius successu laetari*

1) *V. Columb. I,* 13. 2) *Ib. I,* 12. 3) *Ib. I,* 17. 4) *Ib. I,* 16.
5) *Ib. I,* 14.

minime poterat. Tantum enim aberat, ut iurisdictioni dioecesanae sese subiceret, ut contra propriis legibus viveret.

Scotti in Christum credentes, postquam episcopum primum a Caelestino papa a. 431. *acceperunt Palladium*[1], *cum ecclesiam* 5 *suam monasteriis conditis crescere vidissent, iisdem de propaganda fide christiana optime meritis principatum ecclesiasticum iam concessere, ita ut non solum in subdita monasteria dominarentur, sed etiam per totam provinciam acquisitam iurisdictionem ecclesiasticam exercerent. Cum* 10 *igitur monachi officia cleri saecularis implerent, factum est, ut et ipsius honores ambirent. Monasterio principali presbyter et abbas praeerat, qui humilitatis causa superiorem ordinem respuebat; munera autem illa quae ordini episcopali conveniebant, velut consecrationem altarium cetera, abbati sub-* 15 *diti exequebantur et monachi et episcopi*[2]. *Monasteria deducta firmo necessitudinis vinculo cum matre coniuncta perstabant, totaque societas ecclesiastica praesidente abbate presbytero magnam familiam efficere videbatur. Tantum autem monachorum numerum monasteria illa nonnumquam capiebant,* 20 *ut velut Bancorenses Walliae in septem turmas dispositi essent, quarum nulla minus* 300 *hominibus comprehendisset; turmae a praepositis regebantur omnesque de labore manuum suarum vivere solebant*[3]. *Scotti cum consuetudini ecclesiae Gallicanae Romanaeque contraria multa gerebant, tum a* 25 *moribus utriusque aliena tria maxime faciebant, nec pascha suo tempore celebrantes nec missas more solito comamque aliter tondentes. Galli enim Victorii Aquitani cursum paschalem in concilio Aurelianensi a.* 541. *sanxerant*[4] *calculatoris illius scrupulosi, qui iussu Hilari archidiaconi* 30 *a.* 457. *cyclum Aegyptiorum decemnovennalem Latinorum usui adaptare conatus erat*[5], *leges utriusque partis ita inter se concilians: cum die dominico luna XV. primi mensis proveniente Graeci pascha celebrarent, Latini autem in subsequentem dominicum illud differrent, ita ut illi lunam XV—* 35 *XXI, hi XVI—XXII. observarent, ipse utrumque pascha adnotaverat, electioni papali decisionem totam reservans. Scotti cum Brittonibus utraque ratione improbata pascha a luna XIV. usque ad XX. celebrabant, cumque in aequinoctio*

1) *Prosperi Chron., Auct. antiq. IX, p.* 473. *Cf. W. Levison, 'Bischof* 40 *Germanus von Auxerre', 'N. Arch.' XXIX, p.* 98. 167. 2) *Beda, H. eccl. III,* 4. 3) *Ib. II,* 2. 4) *Concilia ed. Maassen I,* 87. 5) *De quaestione paschali in annalibus nostris plenius disserui ('Die Einführung des griechischen Paschalritus im Abendlande', 'N. Arch.' IX,* 101 *sqq.).*

vernali etiamtunc haererent Caesariano, dominicum paschalem non admittebant ante diem 25. Martii, aestimantes se in hac observatione sancti ac laude digni patris Anatolii scripta secutos esse[1]; Anatolii vero nitebantur non libro genuino, sed falso, quem sectator quidam eorum ad doctrinam domesticam confirmandam finxerat[2]. Ab adversariis id maxime ipsis crimini dabatur, quod luna XIV. cum Iudaeis pascha celebrarent; cum autem resurrectionem dominicam semper observarent neque lunam XIV. approbarent nisi dominico die provenientem, ab imperitis tantum pro quartodecimanis haberi poterant iustoque iure huic opinioni iam Beda contradixerat[3]. Ad diem paschalem computandum cyclo LXXXIV annorum utebantur, qui ante Victorium apud Latinos in usu fuerat, legesque in quibus haerebant paschales Romae a. 312—342. viguerant. Missarum sollemnia insimulabantur multiplicatione orationum vel collectarum celebrare[4]. Missalia quae extant originis Hibernicae, scilicet Stowense aliaque, ritum missae repraesentant eundem, qui ante Gregorium M. etiam Romae observatus est[5]. *p. 6. *Denique, ut alia praetermittam, Scotti capitis comam aliter tondebant, alium characterem exprimentes[6]. Capillus enim eorum ab aure ad aurem per frontem in coronae modum incisus erat, per occipitium autem intonsus dependebat[7], ita ut in frontis quidem superficie coronae videretur speciem praeferre, sed in cervice ea decurtata esset[8]. Tonsura haec ab adversariis Simoniaca appellabatur, qui ipsi coronam exemplo spineae illius Domini in capite portabant. In universum ecclesia Scottorum in eo statu perseveraverat, quem ecclesia Romana saeculo IV. ineunte obtinuerat, eaeque quae postea in hanc introductae erant consuetudines omnes ipsos fugerant in extremo oceani sitos[9].

Potestati ordinis episcopi dioecesani Columbanus se omnino subtraxerat, ita ut altare in monasterio Luxoviensi episcopus Scottus Aidus[10] nomine consecravisset. Diversa

1) Beda, H. eccl. III, 3. 2) Librum Anatholi de ratione paschali spurium edidi 'Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie' p. 311 sqq. 3) Beda, H. eccl. III, 4. 4) V. Columb. II, 9. 5) Cf. C. Schöll, 'Keltische Kirche' (Herzog, 'Realencyklop.' VIII, 352[2]), quam dissertationem a. 1901. retractavit H. Zimmer (ib. X, 204[3] sqq.); F. Probst, 'Die abendländische Messe vom 5.—8. Jahrh.', Monasterii 1896, p. 34 sqq. 6) V. Columb. II, 9. 7) Ducange s. v. 'tonsura'. 8) Beda, H. eccl. V, 21. 9) Ita recte Zimmer l. l. p. 35. 10) Cf. Columb. epist. IV. (MG. Ep. III, 167). Aidus, quem Scottum fuisse primus, quoad sciam, perspexit A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' I, 266[3], idem for-

autem paschatis celebratione tota dioecesis quam maxime perturbabatur. Plerumque Scotti resurrectionem dominicam iam septimana ante celebraverant, quam episcopus Gallicanus cum suis subsequeretur, nonnumquam utraque pars mense 5 *integro disiuncta erat. Magnum autem odium iis annis Scotti subibant, quibus Victorii sectatores propter lunam quartam decimam in diem dominicum subsequentem pascha distulerant; tunc enim septem diebus illud anticipantes oculis adversariorum videbantur esse quartodecimani. Id anno* 600. 10 *p. Chr. accidit, quo Scottis d.* 3. *Aprilis l. XVIII, Gallis autem d.* 10. *Aprilis l. XXI. pascha celebrandum erat. Episcopi cum quartodecimanos deprehendisse sibi viderentur, convenerunt sententiamque unanimam dixerunt: 'Cum Iudaeis facere pascha non debemus'. Columbanus autem illam fri-* 15 *volam inpolitamque iudicans, Candidum rectorem patrimonii sedis apostolicae ex a.* 595. *in Galliis versantem primo adiisse videtur, sed responsum minus favorabile accepit, scilicet temporis antiquitate roborata mutari non posse. Iam totam causam ad Gregorium papam detulit*[1], *'Petri cathedram* 20 *apostoli et clavicularii legitime insidentem', ut ipsius sententia aut excusaretur aut damnaretur schismaticus ille Victorius, non receptus ab Hibernicis antiquis philosophis et sapientissimis componendi calculi computariis. Ipsius paschale Romae quidem iam diu abolitum erat, sed quem* 25 *tunc ibi adhibebant cyclus Dionysii Exigui eo magis distabat a vetere Scottorum supputatione. Columbanus luna XXI. et XXII. contendit pascha non esse, Anatolii allegans de pascha opus, utque Victorium eo magis refelleret, per librum qui in Gallis tunc circumferebatur dogmatis probavit, resur-* 30 *rectionem dominicam ante aequinoctium vernum celebrandam non esse; ignoravit autem de ipso aequinoctio utramque discrepare partem, cumque adversarii Nicaenum accepissent,*

tasse est, cuius memoria fastis Luxoviensibus Martyrologii Hieronymiani illata est (cod. Eptern.): II. Non. Ian. Aedui episcopi *(cf. 'N. Arch.'* 35 *XXIV, p.* 311*). Aedeus appellabatur abbas Benchorensis tertius; cf. Antiphon. Benchor. (F. E. Warren l. l. tom. IV)*: Domnum ornavit *(scil. Christus)* Aedeum. 1) *Epistula Columbani ad Gregorium (ed. W. Gundlach, MG. Ep. III,* 156 *sqq.) anno data est, quo pascha Scottorum cum luna XIV. cycli Victoriani conveniebat, id quod post* 40 *a.* 595. *annis tantum* 600. *et* 603. *accidit, cumque ex epistula insequenti intellegatur, eandem quaestionem triennio ante ventilatam esse, cumque haec a.* 603. *conscripta sit, illam a.* 600. *attribuendam esse patet. Etiam A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 601[3], *ab hoc anno longius dissentire iam noluit, postquam epistulam a.* 597. *aut* 598. *scriptam esse* 45 *olim censuit (ib. p.* 584[2]*).*

scilicet diem 21. *Martii, eos opinabatur resurrectionem ante passionem celebrare, quam item die* 25. *Martii factam esse tradebant. Gravissimos igitur errores in cyclo Victorii deprehendisse sibi visus est, ipseque mirabatur schismatica illa a papa non iam diu esse rasa. Praeterea in episcopis illis Gallicanis contraria canonibus haud pauca offenderat. Multi inter eos reperiebantur, qui contra canones quaestus causa ordinati erant simoniaci, aliique, qui in diaconatu cum uxoribus quas antea habuerant, — clientelas *eas vocitabat, — adulterium commiserant. Magistri Hibernici, e quibus Gildam protulit, de eiusmodi delictis satis severe iudicaverant, ipsique dubium erat, quin cum talibus episcopis communicandum esset. Tantam autem auctoritatem per Gallias iam comparaverat, ut vel istorum nonnulli conscientias suas peregrino illi aperuissent, interrogantes, utrum post talia delicta iam episcopi esse possent annon, ipseque et hanc quaestionem papae diiudicandam proposuit. Tertio, quid de monachis faciendum esset, eundem interrogavit, qui perfectioris vitae desiderio accensi, neglectis votis suis, primae conversionis loca relinquerent et invitis abbatibus, fervore cogente, aut lassarentur aut ad deserta confugerent. Tepori igitur episcopatus Gallicani suorum ardorem opposuit, quem iam vix solus coercere poterat.*

Uterque cyclus paschalis anno 603. *denuo ita inter se discrepabat, ut Gallis dies* 7. *Aprilis luna XXI. paschalis esset, cum Scotti die* 31. *Martii luna XVIII. cycli LXXXIV annorum, Victoriani autem ipsa luna XIV. cum Iudaeis pascha celebrarent. Qua de causa episcopi in unum congregati, de fidei et bonorum operum veritate tractaturi et de consuetudine diversa iudicio iudicaturi erant. Constat autem inter omnes, synodum illam fuisse Cabillonensem a.* 603. *celebratam*[1], *eandem scilicet, in qua Desiderius episcopus Viennensis de stupro condemnatus est. Columbanus ipse comparere non ausus, ne forte contenderet praesens, litteras*[2] *ad episcopos presbyterosque sua causa congregatos misit, in quibus tomum responsionis ante triennium scriptum inclusit, quo demonstraverat omnes totius occidentis ecclesias consentire, resurrectionem ante passionem fieri non debere*[3]

1) *SS. R. Merov. III,* 620; *cf. Hertel, 'Anmerkung zur Gesch. Columba's' ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' III,* 145 *sqq.); 'N. Arch.' IX,* 146; *W. Gundlach, 'N. Arch.' XV,* 510; *Hauck l. l. p.* 601[3]. 2) *MG. Ep. III,* 160. 3) *Idem in epistula ad Gregorium demonstraverat (p.* 157, *l.* 15*) eodem fere quo responsio tempore conscripta.*

neque ante aequinoctium neque ultra lunam XX. pascha celebrandum esse. Praeterea traditionem suam papae per tres tomos exposuerat brevemque libellum eadem de re ad Arigium modo scripserat episcoporum illorum principem, qui paulo ante sedem Lugdunensem nactus erat[1]. *Calculo LXXXIV annorum Anatolioque suo pertinaciter maiorem fidem attribuit quam Victorio illi nuper dubie scribenti et, ubi necesse erat, nihil definienti, fiduciam vero non adeo magnam habuisse videtur, ut adversariorum animos converteret, nam contentionem iam omnino evitare voluit, idque solum petiit, ut sibi, qui diversitatis auctor non esset, in silvis illis silere et vivere liceret iuxta ossa* 17 *fratrum defunctorum, sicut per* 12 *annos ibidem vixisset. Ex his verbis colligi licet, a.* 591. *Vosagi saltum adiisse veteranos pauperes et peregrinos senes illos, sicut se suosque ipse appellavit. Metuens, ne in sua opinione perseverantes Scotti expellerentur ex deserto illo, utramque traditionem bonam esse posse iam non omnino denegavit totisque viribus conventioni pacificae institit: 'unius enim sumus corporis commembra, sive Galli sive Britanni sive Iberi sive quaeque gentes'. Attamen iudicibus suis haudquaquam pepercit. Tantam ecclesiae Gallicanae corruptionem deprehenderat, ut ipse exoptaret, ut episcopi saepius convenirent, ut neglegentes timorem haberent studiosique incitarentur. Deo autem gratias egit, ut vel sua causa synodus effecta esset, etsi non tam de paschatis negotio, quod iam diu ventilatum esset diuque a diversis auctoribus iudicatum, tractari voluit quam de universis observationibus canonicis, a multis, quod gravius esset, depravatis.*

Synodus iterum sententiam dixit Scottis contrariam iterumque Columbanus ad sedem apostolicam appellare constituit, sed 'tumultuosis gentium interiacentium seditionibus' **aliquamdiu impeditus est. In Italia enim Langobardis Romani bellum inferentes devicti sunt, hostesque una cum Sclavis iam ad obsidionem urbis Romae perrexerant, cum Gregorius papa occurrens precibus eos amovit, tributoque imposito abscesserunt*[2]. *Pax a.* 603, *mense Nov., inter utramque partem facta est, de qua Agilulfo regi papa gratias rettulit*[3]. *Interim semel et bis tabellarii a Columbano* *p. 8.

1) *Noli Arigium episcopum Lugdunensem, ad cuius decessorem a.* 602, *m. Nov., Gregorius papa litteras dederat (Jaffé, Reg. n.* 1872[2]*), cum Vapincensi confundere; cf. Hertel, 'Zeitschr. für Kirchengesch.' III, p.* 145 *sqq.; 'N. Arch.' IX, p.* 146. 2) *Contin. Prosperi Havn., Auct. antiq. IX, p.* 339; *Paulus, Hist. Langob. IV,* 28. 3) *Jaffé n.* 1925[2].

missi ad Gregorium pervenire nequiverant, mortuoque demum ipso, ad successorem a. 604. *litteras dare contigit ita incipientes:* Iam diu omnes *(scr.* vos [1]*)* sedi apostolicae praesidentes dulcissimos omnibus praesules fidelibus ac merito apostolici honoris reverendissimos patres visitare spiritu et consolari cupiens, nunc usque votis — satisfacere non potui. *Ne eadem iteraret, epistulas priores Gregorio non traditas successori examinandas Columbanus obtulit una cum epistula ad episcoporum Gallicanorum synodum data. Tumultuantibus potius quam ratiocinantibus adversariis, auctoritatis papalis sententiam ambivit, ut sibi laborantibus subveniret seniorumque suorum traditionem confirmaret, ut ritum paschae, sicut accepissent, iudicante eodem observare possent in peregrinatione sua. Contendit autem in patria se vivere in desertis sedentes neque ullas Gallorum regulas recipientes, nullique molesti regulas seniorum suorum observantes perturbari nolebant. Salva igitur ecclesiasticae pace unitatis iam inter Gallos degere desiderabant, id quod etiam ab ipsis episcopis Columbanus in epistula praecedente petiverat* [2]. *Denique actis concilii Constantinopolitani II. innititur, ut suis legibus, sicut a patribus edoctae essent, vivere liceret ecclesiis in barbaris gentibus constitutis, etsi de suis legibus nihil ibidem legitur* [3], *nimiumque arroganter ad canonem illum papam delegavit, quasi barbari fuissent episcopi Gallicani una cum Victorio suo.*

Denique a. 607. *Scotti tertio luna XIV. cycli Victoriani, die scilicet* 16. *Aprilis, pascha celebrabant, Galli autem insequenti die dominico. Episcopi synodis celebratis contra peregrinos a conprovincialium moribus desciscentes eo usque haud multum effecerant, nisi fallor, eo quod praesidio regis*

1) *Scilicet* diu uos *pro* diu ōs *(= omnes); cf. MG., Ep. III, p.* 165, *l.* 22: ad vos, ut dixi, apostolicos patres. *Intelleguntur sedi apostolicae praesidentes et Gregorius et successor ipsius atque 'diu' ad illius tempus referendum est.* 2) *Confer p.* 165, *l.* 27. *cum p.* 162, *l.* 21. *Epistulam III. ad Bonifacium IV. a.* 609/610. *datam esse maluit quam ad Sabinianum, Hauck, 'Kirchengesch.' I,* 601 [3], *vix recte. Cum enim in ipsa Columbanus causam apud sedem apostolicam persecutus sit Gregorio sedente inceptam, cumque epistulas sedi apostolicae tunc tradiderit, quas illi antea portitoribus impeditis tradere nequiverat, cum denique quae illi scripserat ea iterare noluerit, de alio atque eo qui illi ipsi proximus successerat papa mea quidem opinione cogitare vix licet.* 3) *Canones gr.: κατὰ τὴν κρατήσασαν συνήθειαν παρὰ τῶν πατέρων; lat.:* secundum patrum quae servata est consuetudinem *(Mansi, Conc. III,* 559*); cf. Maassen, 'Gesch. d. Quellen d. canonischen Rechts' I,* 944: secundum hanc quae apud patres consuetudo optinuit.

illi fruebantur. Theudericus[1] *enim rex Burgundiae tantum aberat, ut viro sancto iniurias inferens iram Dei provocaret, ut contra frequenter ipsum visitans orationes eius humiliter ambiret. Ipso enim intercedente in regnum caelorum intrare*
5 *cogitabat, quam maxime gratulatus, tam efficacem servum Dei in finibus suis consedisse. Interim vitam angelicam minime degerat, peccatisque contractis haud paucis, de salute sua paene desperare poterat. Inde ex quarto decimo aetatis anno quattuor e concubinis filios genuerat ultimumque a.* 606/7.
10 *p. Chr. Columbanus regem se frequentantem luxuriae vehementissime increpabat, admonens, ut legitimo potius coniugio contracto ex honorabili regina liberos procrearet. Discipulus magistri praeceptis obtemperans se id facturum esse promisit promissisque stetit, nam Ermenbergam, filiam Betterici regis*
15 *Wisigothorum, mox in matrimonium duxit*[2]. *Regina legitima in palatium introducta, ea quam Brunechildis avia et Teudila soror apud regem eo usque obtinuerant auctoritas periclitabatur, quare utraque ipsam invisam reddere laborabat. Praeterea quam Columbanus habebat vis frangenda erat, ne*
20 *rex amplius secundis auribus acciperet monitus *salutares.* *p. 9.
Sanctus autem ipse adversariorum labores totis viribus promovebat, importunissimum in genus regium passim se gerens. Filios enim regis a Brunechilde productos benedicere noluit, quasi e lupanaribus emersissent. Unde commota regina im-
25 *peravit, ne monachis extra monasterium iter pateret neve subsidiis a vicinis relevarentur. Quod ut tolleretur mandatum, Columbanus ad regem apud Spissiam villam publicam residentem se contulit neque vero ullam eius hospitalitatem accepit, sed contemptor gratiae regiae extitit. Nihilominus*
30 *rex praesagiis quibusdam futuri periculi commotus sanctum ipsum cum avia visitavit, veniam petiturus. Sed mox neglectis votis suis ad vitam priorem rediit, annoque post (a.* 607/8) *Ermenbergam thesauris spoliatam in Hispanias remisit. Quibus auditis, Columbanus litteras minarum verbis plenas*
35 *ad regem dedit, excommunicationem comminatus, si peccata emendare differret.*

Interim diversa paschatis celebratione ecclesiae Gallicanae status adeo perturbabatur, ut videndum esset, ne quid res publica detrimenti caperet, cumque ab episcopis Colum-
40 *banus iam delatus esset, tamquam ab ecclesiae Gallicanae moribus descisceret, rex ipse Luxovium proficisci constituit, ut religionem ipsius examinaret. Monasterium visitaturus*

1) *V. Columb. I,* 18. 2) *Fred. IV,* 30.

iam refectorium ingressus erat, cum terribilibus sancti dictis ad redeundum commotus est. Periculum imminens ut averteret sibique consuleret, augurem nefastum ea qua venerat via remeare maluisset, nisi ille pertinaciter restitisset, numquam sua sponte monasterio se egressurum esse spondens. 5
Maturo igitur consilio sententia dicenda erat, ne in auctorem illa recideret, et interim in oppidum Vesontionense ad exulandum sanctum perduci visum est. Comitabatur autem ipsum minister cuius supra memini Domoalis. Cum nullis ibi custodiis circumdaretur molestiamque nullam a quoquam 10 *pateretur, cumque montem ascendens, viam ad monasterium redeundi a nullo impediri videret, urbe relicta domum rediit. Quod cum Theudericus atque Brunechildis audissent, missa militum cohorte eum in exilium revocari iusserunt, illisque infecta re redeuntibus, alios miserunt, qui eum ex regno* 15 *pulsum in patriam dirigerent. Custodibus instantissime precantibus, ut inde recederet, ipse immobilis persistebat, se numquam discessurum testatus, nisi vi abstraheretur. Illi gemino vallati periculo, cum dicto non parentes mortis periculum incurrerent sanctoque vim inferre vererentur, ad ipsius* 20 *genua provoluti, veniam petebant, quibus regis imperio obtemperandum esset. Tunc demum sanctus, ne ministris periculum faceret, severitatem suam remisit, cunctisque eiulantibus atque maerentibus, e monasterio cessit. Ex fratribus ii soli eum sequi permissi sunt, qui in Britanniis nati erant;* 25 *reliquos in Galliis ortos rex remanere iusserat. Is igitur iure suo utebatur, ut qui pacem publicam turbassent sibique molestias contraxissent peregrinos e finibus suis removeret. Anno vicesimo, postquam in deserto Vosagi saltus consedit, i. e. a.* 610. *p. Chr., Columbanus custodibus regiis comi-* 30 *tantibus ad Namnetensem deductus est portum, quo naves Hibernicae appelli solebant. Iter primo terrestre faciebant per Vesontionem, Avallonem, Autissiodorum urbes, deinde ad alteram viam declinantes apud Nivernensem urbem scapham conscenderunt Ligerimque navigantes Aurelianos et Turonos* 35 *attigerunt, antequam quo tendebant portum ceperunt. Navale iter fortasse praeferendum erat, quo magis sanctus a vulgo separaretur; gravissimas enim iniurias in regem spargere solebat*[1] *tristeque praesagium de eo pervulgabat, scilicet intra triennium (*613. *p. Chr.) ipsius regnum periturum atque* 40 *Chlotharium dominaturum esse*[2]. *Itaque custodibus ante-*

1) *Qua de causa rediret, interrogatus, respondisse fertur: 'Canis me Theudericus meis a fratribus abegit'; cf. V. Columb. I,* 22. 2) *V. Columb. I,* 20. 22.

cedentibus ac subsequentibus Columbanus ad Nivernensem urbem advenerat, iussuque regis aditu quoque ecclesiarum prohibebatur, ne tranquillum turbaret. Victus cotidianus ei publice non praebebatur, sed ipse eum quo poterat modo sibi
5 *comparare coactus erat. Episcopi aliique misericordia commoti res quibus indigebat ei *libenter offerebant, cumque* *p. 10.
Namnetis positus penuriam pateretur, Procula matrona alteraque Doda nomine ei permultos modios vini, frumenti, braces miserunt. Sophronius autem loci episcopus se a mu-
10 *neribus dandis abstinuit neque commutando ei quicquam tradidit; habebat enim cum Theudoaldo comite a rege mandatum, ut adveniente navi Hibernica traiectui eius consulerent*[1].

Columbano abducto, fratres Luxovii relicti gubernaculo
15 *omnino carebant, cum ne alteri quidem curam monasterii committendi magistro occasio data esset, antequam abscederet. Verebatur autem, ne se absente monachi a prisco Scottorum ritu alienarentur. Namnetis demum constitutus, dum navis expectatur, otium litteras ad fratres dandi nactus est, quae*
20 *adhuc supersunt*[2] *historiaeque Columbani lumen clarius afferunt. Persecutionem quam patiebatur ipse confessus est 'propter verbum' exortam esse periculaque etiam domi relictis imminere discordia paschali mota; pax enim cum adversariis nondum facta erat insidiasque ab eis perpetuo metuebat,*
25 *suis iam infirmioribus factis. Itaque vix dubium esse potest, quin Columbanus propter diversam paschatis supputationem episcopis Gallicanis insidiantibus e Theuderici regno expulsus sit. Ex eadem epistula colligi licet, ipsos monachos in binas partes divisos esse unamque rebellem ad adversarios declinasse,*
30 *unde* plus, *inquit,* nobis nocuerunt, qui apud nos unanimes non fuerunt. *Rebelles foras exire iussit solosque oboedientes heredes voluit esse. Imperium Athalae* ·*vero sequaci suo tradidit, cui reliquos oboedire iussit; quod si ipsum subsequi ille mallet, Waldelenum designavit praepositum. Sin a per-*
35 *fectionis norma se magis removerent quam ante neque Athala congregationi gubernandae sufficeret, fratres omnes, vel eos qui ipsum in viciniam Brittonum secuti essent, loco illo relicto, in opportuniorem convenire permisit simulque qui eis praeesset eum interim elegere, summam sibi reservans pote-*
40 *statem, si sua iterum usurus esset voluntate. Inprimis unitati studendum erat regulaeque firmitas retinenda, ne*

1) *V. Columb. I,* 23. 2) *MG. Ep. III,* 166.

votorum diversitas profectui noceret, omnesque, quamvis multi essent, ad eum delegavit, qui Deo iuxta altare serviturus esset ab Aido episcopo benedictum. Causam propriae ruinae iam perspexit eam fuisse, quod omnes adiuvare voluisset vel invitos, unde undique impugnatus esset; successorem voluit 5 *prudentiorem se diversitatis morum qualitatumve hominum rationem habiturum, cum non omnia omnibus convenire monita didicisset:* esto, *inquit,* multiplex ad curam eorum, qui tibi oboedierint. *Cavit igitur, ne quo una eademque ratione omnes tractaverat errore eodem successores implica-* 10 *rentur. Loca autem si placerent, ut in mille milia fratres crescerent, vehementissime exoptavit.*

Scribenti illi nuntius supervenit navem paratam esse narrans, qua invitus in Hiberniam reportaretur. Navis quaedam, quae Scottorum merces advexerat, omnem ipsius 15 *supellectilem comitesque receperat; undis vero ad litus reiecta per triduum ibi detinebatur neque vela in altum dare poterat, priusquam nauta quae ad sanctum pertinebant res exposuisset*[1]. *Is in hospitium suum iam rediens, nullo obstante, paulo post ad Chlotharium Neustrasiorum regem transiit. Custodes* 20 *autem sibi gratulabantur potentissimum illum Dei servum illaesum evasisse, diuque iam fugam eius expectaverant, id quod ipse testatus est*[2]*:* Si, *inquit,* fugero, nullus vetat custos; nam hoc videntur velle, ut ego fugiam.

Columbanus peregrinationem suam iterum suscipiens 25 *neque in Chlotharii regno consistere volens, castigatis quos in aula regia deprehenderat erroribus, commeatum a rege petiit, ut ad Theudebertum perduceretur. Expulsus primo gentes visitare eisque evangelium praedicare desideraverat, sed de earum tepore certior factus consilium illud paene* 30 *abiecerat*[3]*; tunc in Italiam transcendere cupiebat, quo papam* *p. 11. *consulturus iam diu* *abiisset, nisi corporis infirmitas et cura contubernalium suorum ipsum retinuisset*[4]. *Iter per Parisios faciens in oppido Meldensi et in villa Vulciaco domus nobilissimas adeo sibi fideique suae devinciebat, ut* 35 *non solum magnis honoribus ipsum reciperent, sed etiam liberos ei ad benedicendum offerrent, qui postea novis conditis monasteriis doctrinam regulamque eius et ipsi propagaverunt. Theudebertus rex, ad quem post eius abitum multi iam fratres Luxovio se contulerant, et loca opportuna ad* 40 *consistendum et nationes proximas ad praedicandum ei ob-*

1) *V. Columb. I,* 23. 2) *Columbani epistula l. l. p.* 169. 3) *Ib. p.* 167. 4) *Ib. p.* 159.

tulit. Quare Columbanus permotus, mutato consilio, peregrinationem suam iterum interrumpere constituit, si forte 'in cordibus gentium vicinarum fidem serere valeret'[1]. *Elegit oppidum vetustum, olim vero dirutum, cui Brigantia nomen* 5 *erat, quod ad lacum eiusdem nominis situm binas tangebat vias celeberrimas. Exinde Alamannis paganis fides christiana praedicari coepta est.*

Rhenum fluvium navigans per urbem Magontiacum profectus est, ubi Lesio episcopus alimentis eum instruxit. 10 *Denique ad locum quem elegerat appulit, sed ille minime placebat, quamquam ob fidem in gentibus serendam paulisper ibi se commoraturum esse spopondit. Suevi qui ibi habitabant et pagani et nomine tenus christiani simul omnes deo suo Wodano ita sacrificare solebant, ut vas magnum cerevisia* 15 *plenum in medio positum esset. Columbanus cum agros eorum perlustrans sacrificantes deprehendisset, ligamina vasis dissolvi cerevisiamque profluere iussit; barbari autem evangelicis eius dictis castigati multi tunc ad fidem christianam conversi sunt aliique qui baptizati iam erant ipsius monitis* 20 *superstitionibus se abstinuerunt*[1]. *Victu necessario monachi Scotti egentes per triduum avibus vescebantur, quarto autem die episcopus quidam vicinus frumenti copiam eis misit. Cellulam quam sibi construxerat Columbanus more suo certis temporibus relinquebat, desertumque adiens, sub scopulo* 25 *quodam delitescebat, comitante ministro suo, quo munere Chagnoaldus tunc fungebatur. Ibi ieiunio corpus conficiens cibum sumpsit poma illa silvestria, de quibus dixi.*

Prope Brigantiam Columbanus vix per biennium restitit. Cum apud Chlotharium versaretur, lis inter Theudericum 30 *et Theudebertum a.* 610/1. *exorta est atque uterque Chlotharii societatem ambisse videtur*[2]. *Anno insequenti, antequam ad pugnam ventum est, Columbanus ad Theudebertum accessit suasitque, ut sua sponte clericus fieret, ne et regnum et vitam aeternam perderet. Quod consilium sane inauditum regi et* 35 *circumstantibus risum movit; non enim Merovingorum fuerat, regno dimisso, ultro vestem mutare. Bellum igitur prope Tullum a.* 612. *mense Maio commissum est alterumque apud Tulbiacense castrum; in utroque Theudebertus superatus fugam iniit, sed captus et clericatum et mortem subiit*[3]. 40 *Denique mortuo Theuderico Chlotharius a.* 613. *trium regnorum monarchia potitus est, sicut Columbanus praedixerat.*

1) *V. Columb. I*, 27. 2) *Ib. I*, 24; *cf. Fred. IV*, 37. 3) *V. Columb. I*, 28; *cf. Fred. IV*, 38.

Hic post cladem Theudeberti, i. e. a. 612, *cum Theuderico Brigantia urbs cessisset, relicta Gallia Germaniaque in Italiam ingressus erat. Cum Alamannorum terra ei displiceret, primo Winidorum vel Sclavorum fines adire cogitaverat*[1], *ut evangelium praedicaret viamque veritatis errantibus monstraret, sed visione commotus, iterum ad Italiam animum converterat, expectansque, donec aditus pateret, consilium quod ceperat iam executus est. In regnum gentis Langobardorum ingressum eum Agilulfus rex non solum honorifice recepit, sed etiam optione affecit, quocumque in loco voluit, intra Italiae fines habitandi. Erat quidem rex fidei Arianae addictus, etsi filium Adalwaldum instante Theudelinda uxore more catholico baptizari consenserat*[2]. *Mediolani, ubi tunc residebat, etiam Columbanus primo constitit, ut adversarios fidei catholicae impugnaret,* *p. 12. **scilicet et Arianos haereticos, contra quos libellum 'florenti scientia' edidit*[3], *et papam ipsum.*

De damnatione trium capitulorum, scilicet epistulae Ibae episcopi Edesseni ad Marim Persam scriptae, Theodori episcopi Mopsuesteni cum scriptis eius, scriptorum Theodoreti episcopi Cyrensis, in ipsa ecclesia catholica schisma exortum erat. Instante Iustiniano imperatore et in synodo Constantinopolitana V. a. 553. *et a Vigilio papa illa damnata erant, licet auctores eorum per concilium Chalcedonense a.* 451. *in ecclesiam recepti essent. Attamen cum complures Italiae superioris ecclesiae*[4] *tum maxime Aquileienses huius concilii auctoritatem imminui non passi damnationi non consenserunt et a communione damnantium se abstinuerunt*[5]. *Cum tanta eo certamine confusio in ecclesiam Italicam irrepsisset, ut utra pars eligenda esset multi ignorarent, Gregorius M. summis viribus laborans, ut abstinentes ad communionem compelleret, Constantium episcopum Mediolanensem a.* 593. *obligasse videtur, ut facta cautione damnationi consentiret, cum subito tres suffraganei cum ipsa Theudelinda regina ab ipsius communione recesserunt*[6]. *Auctoritas ecclesiae catholicae hac dissensione ita imminuta est, ut Constantio defuncto Langobardi proprium candidatum Arianum a.* 600. *eligerent soloque Gregorii interventu a Mediolanensibus catholicis*

1) *V. Columb. I,* 27. 2) *Cf. Greg. ep. a.* 603 *(Jaffé, Reg.* 1925²*); Paulus, H. Langob. IV,* 27. 3) *V. Columb. I,* 30. 4) *Cf. Harnack, 'Lehrbuch der Dogmengesch.' II,* 399². 5) *Suggestio episcoporum Istriensium provinciarum a.* 591, *Gregorii M. Registr. I, p.* 18. 6) *Greg. Reg. IV,* 2—4; *Jaffé n.* 1273—1275².

electus Deusdedit episcopus ordinaretur[1]. *Inter defensores trium capitulorum spargebatur, haereticos illos antiquos, scilicet Eutychen, Nestorium, Dioscorum, a Vigilio in synodo quam dixi Constantinopolitana receptos esse. Sedi igitur apostolicae tuitio haereticorum imputabatur eorum, qui anathemati subiciendi fuissent. Columbanus Italiam adiens paene in primo ingressu litteris admonitus erat, ut papam caveret in Nestorii sectam collapsum. Quod ut attonitus primo minime credidit, ita re accuratius considerata postea veritatem diligentius explorare constituit responsumque componens papae ad relegendum ac concertandum misit. Omnes enim Hiberi solam evangelicam et apostolicam doctrinam admittere sibi videbantur atque in eo multum gloriari solebant, nullum haereticum, nullum Iudaeum, nullum schismaticum inter se fuisse, sed fidem catholicam, sicut ab apostolorum successoribus tradita esset, ita ab ipsis ut Petri et Pauli discipulis inconcussam teneri. Praeterea rex ipse Langobardorum una cum regina Columbanum rogaverat, ut ad papam causam deferret, ut schisma tolleretur totaque ecclesia catholica quam celerrime in unum cogeretur. Agilulfum fortasse diutinae discordiae taedebat aut ad fidem catholicam iam propensior factus erat, postquam haeresim Arianam reges Langobardorum eo usque firmaverunt; dixisse enim fertur, si certum sciret, se et ipsum crediturum esse. Columbanus peregrinus iam Bonifacium papam epistula data in arma suscitare conabatur, ut vigilaret, omni postposita securitate, causamque schismatis cultello S. Petri, id est vera in synodo fidei professione, incidi voluit. Ipse enim totus ad partem adversam transierat eosque laudavit qui papae resisterent neque cum ipso communicarent iuniores; filios contendit in caput conversos esse, si vera essent ea quae vulgarentur, papam autem in caudam. Ei maiorem auctoritatem vindicare noluit, dissentiente se ipso; suam autem opinionem solam veritati respondere imperterritus satisque importunus demonstrare nitebatur:* Non enim, *inquit,* apud nos persona, sed ratio valet.

Hanc epistulam Mediolani annisque 612/3. *conscriptam esse patet*[2], *cum apud Agilulfum regem sanctus versabatur.*

1) *Greg. Reg. XI,* 6; *Jaffé n.* 1796². 2) *MG. Ep. III, p.* 172, *l.* 30: Ecce conturbantur gentes, inclinantur regna, *quae verba ad res a.* 612/3. *gestas referenda esse perspexit G. Hertel, 'Über des h. Columba Leben und Schriften, besonders über seine Klosterregel' (Illgen und Niedner, 'Zeitschrift für die histor. Theologie', Gothae* 1875, *p.* 396—454).

Is denique solitudinem more suo iterum adire desiderabat, cumque cognosceret locum ubertate fecundum, aquis irriguum, *p. 13. *piscium copia *insignem Bobium*[1] *nomine in Apennino*[2] *situm esse ad rivum eiusdem nominis, haud procul Trebia illo perfido fluente, eo se contulit basilicamque quae ibi* 5 *extabat S. Petri semirutam prisco decori restituens monasterium SS. Petri et Pauli construere paravit. Magna*[3] *ibi monachorum congregatio coniuncta est, de litteris humanioribus optime merita, monasteriumque celeberrimum a principibus nobilibusque Langobardis possessionibus large di-* 10 *tatum vel episcopii nomen denique meruit*[4].

Miliaria quattuor ex omni latere basilicae Columbano monachisque eius Agilulfus cesserat, licentia habitandi permissa, neque quicquam exceperat praeter putei dimidium, quod Sundrarit viro magnifico iam dudum concesserat una 15 *cum lignis ad sales coquendos. Sundrarit esse Sundrarium illum ducem Langobardorum, qui rebus bene gestis de Agilulfo eiusque successore optime meritus erat*[5], *acute coniecit L. M. Hartmann*[6], *cumque ipsius vix quisquam meminerit praeter continuatorem Prosperi Havniensem*[7] *auctorem* 20 *fere ignotum, qui usque ad nostra tempora in scriniis delituerat, idem praecepto Agilulfi et quibus illud confirmatur duobus Adalwaldi fidem habendam esse recte coniecisse mihi videtur. Quae in charta Ludowici II. a.* 860. *monasterio Bobiensi concessa*[8] *commemorantur praecepta et Agilulfi et* 25 *Adalwaldi aliorumque regum ad immunitatis defensionem spectabant neque inde concludi licet cessionis chartas de quibus agitur tunc extitisse. Puteus ille Hartmanno visus est fons esse salinus loci Piancasale, cuius sanandi vis hodieque magni aestimatur. Alpecella quae appellatur* 30

1) *V. Columb. I,* 30. 2) *Bobium ad provinciam Alpes Cottias pertinebat teste Paulo, Hist. Langob. IV,* 41: coenobiumque quod Bobium appellatur in Alpibus Cottiis aedificavit, quod quadraginta milibus ab urbe dividitur Ticinensi. *A monasterio alterum Bobium in Alpibus Apenninis situm idem auctor II,* 18 *distinxerat, qua de causa reprehensus* 35 *est a Th. Mommsen, 'N. Arch.' V,* 87, *dum hunc locum prope Sarsinam situm esse statuit J. Jung, 'Die Provinz der Alpes Apenninae', 'Mitth. d. Instituts f. österreich. Geschichtsforsch.'* (1902) *XXIII, p.* 156. 3) *Paulus, Hist. Langob. IV,* 41. 4) *Ughellus, Italia sacra IV, col.* 925². 5) *Cf. L. M. Hartmann, 'Gesch. Italiens im Mittelalter'* 40 (1900) *II,* 1, *p.* 204. 6) *'Bemerkungen zu den ältesten langobardischen Königsurkunden' ('N. Arch.' XXV, p.* 608 *sqq.).* 7) *Ed. Mommsen, Auct. antiq. IX, p.* 339. 8) *Hist. patr. mon. Chartae I, col.* 48; *Mühlbacher, 'Reg.' n.* 1183.

Pennice (hodie M. Penice) ad possessiones monasterii sedente Columbani successore accessit, eamque Adalwaldus rex orandi causa Bobium profectus rogatu Theudelindae reginae dono dedit; ipsa enim eam amore sancti olim ascenderat ad monasterium praevidendum. Omnia denique Bertulfo tertio abbati ab eodem rege paulo ante mortem ipsius et post Sundrarit defunctum confirmata sunt. Tres chartae ad nos non pervenerunt nisi per apographa multo posteriora, in quibus notae temporis aut depravatae aut a librariis recentioribus immutatae sunt, atque propter haec aliaque dubia in suspicionem olim venerant, donec vindex earum surrexit[1].

Chlotharius rex postquam prophetiam sancti viri impletam esse intellexit, ut eum recuperaret, Eustasium qui monasterium Luxoviense iam gubernandum susceperat aliosque legatos sumptibus publicis post eum misit. Columbanus peregrinationem suam iam fere concluserat nulloque modo ad tantum iter faciendum commoveri poterat, sed id solum a rege poposcit, ut socios Luxovii relictos in suam tutelam reciperet. Qui licet a sancto viro per litteras vehementer castigatus esset, tamen supremam ipsius voluntatem diligentissime executus Luxovienses et annuis censibus ditabat et dilatatis terminis omnique conatu ipsis auxilium providebat, ita ut monasterii regii privilegio iam fruerentur. Anno autem transacto in monasterio Bobiensi Columbanus defunctus est, scilicet a. 615. *p. Chr., die* 23. *Novembris. Expletus anni circulus, cuius Ionas meminit*[2], *sive a monasterio Bobiensi condito seu potius a legatione Chlotharii regis colligendus est, a.* 614. *interpositus fuisse videtur; dies autem testimonio et Ionae et Martyrologii Hieronymiani auctoris aequalis confirmatus est*[3]. *Dies emortualis a.* 615. *in dominicum incidit, id quod non fugit Wettinum, V. Galli c.* 26. *Sanctus extremam fere aetatem attigit, quam homines degere fas est. Peregrinos illos Scottos aetate iam provectos patria relicta in Gallias advenisse inde colligi licet, quod duodecim annis post, scilicet a.* 603, *veterani senesque erant, sicut supra diximus, fratresque decem et septem iam lugebant defunctos. Versibus Adoniis quos Fidolio fratri mutui officii causa Columbanus misit vigore animi fere iuvenili conscriptis hos subiecit hexametros*[4]:

1) *Etiam sermonis antiqui vestigia adhuc supersunt:* Mediolanio *(cum Iona),* Atalane *dat.,* mereamus, valeamini. 2) *V. Columb. I,* 30. 3) *Cf. 'N. Arch.' XX, p.* 338; *XXIV, p.* 314. 4) *MG. Ep. III, p.* 188.

Haec tibi dictaram morbis oppressus acervis,
Corpore quos fragili patior tristique senecta,
Nam dum praecipiti labuntur tempora cursu,
Nunc ad olympiadis ter senos (senae *recte S* 2. *P* 2) **venimus annos.**
Omnia praetereunt, fugit inreparabile tempus,
Vive, vale laetus tristisque memento senectae.

Cum olympias cum spatio quattuor annorum apud Graecos conveniat, plerique ex hoc carmine concluserunt, Columbanum 72 *annos tunc natum fuisse*[1]. *Constat vero a poetis latinis eam pro lustro accipi solere*[2], *sicut utrumque coaequavit Ausonius XXII,* 4, 6:

Fors erit, ut, lustrum cum se cumulaverit istis,
Confectam Proculus signet olympiadem,

eoque modo et Columbanum poetam interpretatus est Mabillonius[3]. *Nec ille errasse mihi videtur, nisi quod* 18 *olympiades plenas lapsas esse credidit, dum de initio duodevicesimae agitur, quae inter a.* 86—90 *vertitur. Sanctum igitur verisimile est paulo ante a.* 530. *natum esse.*

*p. 14. *Tantam omnium fere rerum labem ruinamque homines illius aevi inspectabant, quocumque oculos verterint, ut mirum non sit, quod finem mundi appropinquare credebant*[4]. *Confessio autem et paenitentia Columbano praedicante morte liberant atque vel parva peccata confiteri opus est. In Galliis eousque excessus tantum graviores disciplina ecclesiastica vindicabantur, ita ut peccatores excommunicarentur factaque paenitentia publica in communionem reciperentur. Monachis vero ubique vel minutiora peccata una cum ipsis cogitationibus seniori celare non licebat, eaque quam maxime cavenda erant, nam ut maioribus certisque culpis sanctos maculare non valet diabolus, ita minoribus occultisque eos polluere studet*[5]. *Cum tota Scottorum ecclesia more coenobiali instituta esset, etiam privata haec confitendi ratio in usum recepta est, atque Columbanus eandem, sicut apud magistros*[6] *suos Hibernicos usitata erat, in Galliam Italiamque introduxit, unde ipse iusto iure hodie institutor con-*

1) *E. gr. Ebert, 'Gesch. d. christl.-lat. Literatur' I,* 621^2; *Hauck, 'Kirchengesch.' I, p.* 584^2; *cf. p.* 600^3. 2) *Locos citavit Forcellinus s. v. olympias.* 3) *Annales ord. S. Benedicti I, p.* 308. 4) *Cf. Greg. M. Reg. IX,* 232 *(a.* 599*), Jaffé, Reg. n.* 1759^2; *Columbani ep. a.* 612/3 *(MG. Ep. III, p.* 171*):* Mundus iam declinat, princeps pastorum appropinquat. 5) *Cf. V. Columb. II,* 2. 6) *Eos et inprimis Vennianum Columbanus citavit, MG. Ep. III, p.* 159.

fessionis secretae in ecclesia continentis catholica celebratur[1]. *Doctrina eius in concilio Cabillonensi a.* 650. *primum sancta est, episcopis consentientibus, paenitentiam peccatorum et omnibus utilem esse et data confessione a sacerdotibus in-* 5 *dicendam*[2]. *Monachis quoque suis confessionem atque paenitentiam primo loco imposuit aliasque ab eis leges observari voluit, quas ex ipsius regula colligi licet; peccantibus vero vel leviter gravissimas poenas constituit. Regulam, quae coenobialis a biographo Desiderii Cadurcensis iam appellata* 10 *est*[3], *Ionas ipse et citavit et expilavit*[4] *atque de auctoritate et fide ipsius luculentum testimonium praebet de quo supra dixi Donatus episcopus Vesontionensis. Cum enim rogatu Gauthstrudae omnisque congregationis monasterii a matre conditi, exploratis regulis vetustioribus, enchiridion virginibus* 15 *aptum componeret, praeter regulas Caesarii virginum atque Benedicti monachorum hanc ipsam Columbani excerpsit*[5], *sicut in praefatione testatus est, excerptaque cum ea quae superest ita convenit, ut textus ad illam optime emendari possit. Monachi nihil proprium possidebant ne minimas* 20 *quidem res, sed omnibus omnia communia erant*[6]. *Confessio bis minimum danda erat et ante mensam et ante lectorum aditum. Ad mensam benedictionem custodiebant amenque respondebant neque vero inter se loquebantur. Cochleari non utebantur, nisi quod ante signaverant, neque cultello mensam* 25 *pertundebant; cavebant, ne micas perderent neve cerevisiam effunderent, quae potui sola dabatur. Mensa hora nona parabatur, i. e. tertia pomeridiana, post quam nulli in coquinam ire licebat. Cura coquendi vel ministrandi fratribus quibusdam commissa erat providentibus, ne vel paululum effunderent.* 30 *Orationem ante opus et post opus perficiebant. Ea de causa egredientes domo, i. e. cellula*[7], *aut eo regredientes se humi-*

1) *Cf. Löning, 'Kirchenrecht' II, p.* 471 *sqq.; Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 275[3]; *A. Malnory, Quid Luxovienses monachi discipuli S. Columbani ad regulam monasteriorum atque ad communem eccle-* 35 *siae profectum contulerint, Parisiis* 1894, *p.* 62. 2) *Concilia ed. Maassen I,* 210; *Loening, 'Kirchenrecht' II,* 476. 3) *V. Desiderii Cadurc. c.* 23: Nullus — habitum religionis aut regulae cenobialis iter intraverat; secta Columbani procul aberant, instituta Benedicti longe distabant. 4) *Regulae in V. Columb. I,* 10, *meminit:* regulamque 40 quam tenerent Spiritu sancto repletus condedit, *ipsamque eandem esse quam habemus cum ex V. Columb. I,* 5. 16, *tum ex iis concludi licet, quae Agrestius ib. II,* 9, *contra Columbani regulam obiecit quaeque ad regulam coenobialem c.* 1. 3. *spectant.* 5) *Quos in unoquoque capite Donatus expilaverit fontes, diligentissime investigavit Cointius, Ann. eccl.* 45 *Franc. II, p.* 758 *sqq.* 6) *V. Columb. I,* 5. 7) *Ib. II,* 9.

liabant aut curvabant; accepta benedictione se signabant. *p. 15. *Humiliatio etiam in cursu post finem *uniuscuiusque psalmi facienda erat; finitis psalmis omnibus genua flectebantur. Tussim in exordio psalmi evitabant bene cantantes. Sacrificii ordo omnimodo custodiendus erat. Calicem salutarem dentibus* 5 *non pertundebant neque eulogias immundi accipiebant; anxie cavebant, ne chrismal caderet, scilicet vas illud, in quo species consecratas monachi circumferebant, neve oblationis faciundae ante officium obliviscerentur. Fabulis otiosis minime vacabant. Praeterea conversationem inter se ita in-* 10 *stituebant, ut humilitati studerent neque contradictioni verbaque superba omnino evitarent neque voce uterentur nisi suppressa. Correcti veniam postulabant neque se excusabant, si forte examinarentur. Fratribus non detrahebant neque audiebant detrahentem; opera cum ostiarii, qui horas custo-* 15 *diebat, tum aliorum fratrum reprehendere non licebat. Sine permissu neque fratres in cellulis visitare neque saepta monasterii relinquere fas erat. Monachi in seniores et iuniores dividebantur, quos pater senior, pater monasterii, scilicet Columbanus, vel potius praepositus gubernabat. Seniores* 20 *maiore auctoritate fruebantur iunioribusque contradicentes his verbis: 'Non ita est, ut dicis', impuniti permanebant; ipsi artes docebant operaque imponebant. Iurisdictionem totam Columbanus praeposito mandaverat neque monachis eo praetermisso patrem appellare licebat. Si quis leges quas* 25 *constituerat vel levissimas laeserat, ad paenitentiam agendam 'percussionibus', i. e. verberibus, castigabatur, eorumque numerum ratione delictorum immoderatius augeri iussit, multo severior Caesario*[1]. *Alia paenitentiae genera Columbanus pauca tantum admisit, scilicet ut monachi delinquentes in* 30 *ecclesia starent nullum membrum moventes aut aquam biberent loco cerevisiae aut in cellula separarentur. Paenitentias minutas mensam accumbentibus imponere etiam praeposito licebat. Fratribus paenitentibus, quamvis opera difficilia et sordida perficerent, tamen capita lavanda non erant, nisi* 35 *die dominico*[2].

1) *SS. R. Merov. III,* 448. 2) *Regula coenobialis cum Donato (ed. Holstenius, Cod. Regul.,* 1759, *VI,* 377 *sqq.,* c. 23—34*) concordat ad* c. 9. *tantum, eaque quae subsequuntur* c. 10—15. *Columbani esse non posse ex sermone intellegitur, cum auctor abbatem oeconomumque (*c. 11. 12*)* 40 *noverit, qui 'patris senioris' tempore in monasterio certe non reperiebantur, cumque poenam 'verberum' constituerit loco 'percussionum', sicut sanctus. Extat etiam regulae recensio prolixior in collectione regularum Benedicti Anianensis (cf. Seebass, 'Regelbuch Benedikts von Aniane',*

*Regula quam examinavi coenobialis poenas fratrum delinquentium continet; praecepta autem institutaque communia a monachis observanda Columbanus in regula monachorum[1] collegit, quae in uno Benedicti Anianensis codice cum altera ita coniuncta est, ut c. 10 (praescr. De diversitate culparum) totius corporis efficiat. Maxima pars regulae monachorum mortificatio erat, scilicet spiritualis, ita ut suum quisque liberum arbitrium conculcans de ore penderet alterius neque cogitaret neque loqueretur propria neque iret quoquam libere. Dura hac disciplina securitatem mentis servari auctor ratus est, cum qui semper interrogavisset numquam ipse erraturus esset. Monachis igitur ut superba libertas cavenda, ita vera humilitas discenda erat. Ad primum verbum senioris omnes ad oboediendum surgere oportebat; oboedientia enim usque ad mortem praecepta erat. Praeterea abstinentia, castitas non solum corporis, sed etiam mentis, taciturnitas inter virtutes monachorum recensentur. Paupertate et facultatum contemptu monachi ad primam perfectionem progre- *p. 16.

'Zeitschr. f. Kirchengesch.' XV, p. 244 sqq.), ubi germana Columbani verba 'senior', 'pater monasterii' in 'abbatem' immutata (c. 8) multaque ex aliis fontibus interpolata deprehenduntur. Utramque editor recens (Seebass, 'Zeitschr. f. Kirchengesch.' XVII, p. 218—234) in unum confudit, additamenta alterius litteris minutioribus exprimens, parumque ex Donato profecisse mihi videtur, qui veram lectionem persaepe solus servavit, e. gr.:

c. 7. Qui aliquam contemptionem cum tristitia promit] *falso codd.; lege* qui aliquid cum contradictione aut tr. pr. *cum Donato;*
c. 8. extra sepem] *falso codd.;* extra septa *recte Donatus.*

Novissimis autem eiusdem auctoris studiis ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' XVIII, p. 58 sqq.) me assentiri non posse ingenue fateor. Sane regula cuius ipse finem eruit virginum ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' XVI, p. 464 sqq.) initio cum regula Columbani genuina ad c. 9, sicut Donatus, deinde autem cum interpolationibus alterius recensionis (c. 9. 15 ex.) consentit locosque duos exhibet, qui etiam apud Donatum (c. 19. 75) extant neque extant in regulis Benedicti aut Caesarii, sed inde minime sequitur eos ex tertio auctore depromptos esse novaque regula Columbanianae posteriorem quandam partem contineri, immo contraria potius opinio admittenda est, cum Columbanus meridianam et vespertinam confessiones statuerit, Donatus autem in capite expilato 19. tertiam, scilicet matutinam, addiderit trinamque etiam in monasterio virginum Evoriacensi solitam fuisse constet. Loci igitur quibus Seebassius nititur cum Donato congruentes ab ipso neque a Columbano compositi sunt, id quod ducentis annis ante optimus Le Cointe, Ann. eccl. Franc. II, 761, iam probaverat: ex Donato auctor regulae novae pendet, ex hoc interpolator Columbanianae.

1) *Regulam monachorum, cui in codicibus Bobiensibus c.* 10. De perfectione monachi *ex Hieronymo additum est, edidit Seebass, 'Zeitschr. f. Kirchengesch.' XV, p.* 366 *sqq. Cf. eiusdem auctoris dissertationem, quae inscribitur: 'Über Columba von Luxeuils Klosterregel und Bussbuch', Dresdae* 1883.

diebantur, ad alteram vero purgatione vitiorum. Satietas atque ebrietas fugiendae erant, cibusque vilis ex oleribus, leguminibus, farina aquis mixta consistebat cum parvo pane paximatio (Germ. 'Zwieback'), ne venter oneraretur et mens suffocaretur. De carne igitur Columbanus ne verbum quidem fecit; cum autem constet Scottos piscatui admodum deditos fuisse, non sine causa conclusum est, maiorem victus eorum partem piscibus constitisse[1]. *Cotidie ieiunandum erat, sed cavendum, ne abstinentia modum excedens profectum spiritualem impediret. Inter vitia, de quibus octo principalibus Columbanus sermonem peculiarem edidit, quem tertio loco 'Ordo sancti Columbani abbatis de vita et actione monachorum' continet*[2], *quam maxime abhorrebantur, quibus bona omnia interimerentur, vanitas et gloriatio elata. Ad discernenda bona et mala discrimen monachis necessarium erat et inprimis cavendum, ne rebus aut secundis nimium extollerentur aut adversis nimium deprimerentur. Denique synaxim vel cursum psalmorum et orationum modum canonicum ritu seniorum suorum Columbanus ita instituerat, ut primo inter reverendissimos dominicos sabbatave atque officium cotidianum distingueret, deinde etiam temporum qualitatis rationem haberet. Cursus*[3] *enim longior per longas noctes, brevior per breves esse ei visus erat. Quare ex VIII. kal. Iul. cum noctis augmento sensim crescere coepit, finita autem hieme ex VIII. kal. Apr. per ver sensim decrescere. Origo cursus Scottorum proprii ad beatum Marcum saeculis posterioribus relata est, sicut auctor ignotus libri de cursuum ecclesiasticorum origine testatur his verbis*[4]*:*

1) *Cf. Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' II,* 680. 2) *Ita quattuor Columbani sermones inscripsit editor novissimus Seebass ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' XIV, p.* 78 *sqq.). Collectionem sermonum quae titulo 'Instructiones Columbani' circumferebatur ipsi male attributam esse statuerat A. Hauck ('Zeitschr. f. kirchl. Wissensch. und kirchliches Leben', ed. Luthardt, Lipsiae* 1885, *p.* 357—364*), bene animadvertens, qui in instructione secunda (Migne LXXX, col.* 233*) celebratur Faustum non esse Comgallum Columbani praeceptorem, sed Reiensem illum celeberrimum. Attamen per Seebassium ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' XIII, p.* 513 *sqq.) quattuor quos dixi sermones Columbano nostro iterum vindicati sunt, assentiente eodem A. Hauck, 'Kirchengesch.' I, p.* 261[3]. 3) *Locum difficilem regulae Columbanianae interpretatus de cursus psalmorum ratione egit G. Morin, 'Explication d'un passage de la règle de saint Colomban relatif à l'office des moines celtiques' ('Revue Bénédictine, Maredsous* 1895*', XII, p.* 200 *sq.).* 4) *Ed. Haddan et Stubbs, 'Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain and Ireland' I, p.* 139. *Auctor, qui vitas Germani, Lupi, Columbani, Eustasii, Athalae legerat, monachus erat ritui Hibernico addictus aevoque Karolingico*

*Beatus Hyeronimus adfirmat, ipsum cursum, qui *p. 17. dicitur praesente tempore Scottorum, beatus Marcus decantavit. — — *(Patricius a Lupo et Germano archiepiscopus in Scottiis ac Britanniis positus)* ipsum cursum 5 ibidem decantavit et post ipsum beatus Wandilocus senex et beatus Gomogillus, qui habuerunt in eorum monasterio monachus cerciter trea milia. Inde beatus Wandilocus in predicationis ministerium a beato Gomogillo missus est et beatus Columbanus partibus Galliarum 10 distinati sunt Luxogilum monasterium et ibidem ipsum cursum decantaverunt, et inde postea percrebuit formam sanctitatis eorum per universum orbem terrarum et multa cenubia ex eorum doctrina tam virorum quam puellarum sunt congregata. Et postea inde sumpsit 15 exordium sub beato Columbano, quod ante beatus Marcus euangelista decantavit.

Erat episcopi vel sacerdotis, i. e. presbyteri, cui hac in re parem auctoritatem Columbanus attribuerat, peccatorem paenitentia imposita ecclesiae reconciliare. Munere igitur 20 *fungebatur medici spiritualis, diversosque morbos diversis medicinae generibus curans, quas quisque commiserat culpis diversis diversas adhibebat paenitentias. Si delicta parva vel minima erant, parum referebat, quomodo expiarentur; graviora autem ut perfecte et cognoscerentur et sanarentur,* 25 *vel publica ecclesiae salus postulabat. Haec ars ut parum communis erat, ita Columbano necessaria visa est ad mores hominum reformandos, cumque ante eum statuta paenitentialia in Gallia nulla extiterint, ipse primus ea intulit, traditiones seniorum suorum secutus. Agitur autem maximam* 30 *partem de criminibus capitalibus, quae vel poenam legibus sanctam subibant. Paenitentiale Columbani in binas partes divisum clericorum monachorumque paenitentias a laicorum distinctas exhibet, neque eodem modo in utroque genere excessus vindicabantur graviores, utputa homicidia, vulnera,* 35 *sodomia, adulterium, fornicatio, periurium, maleficium, furtum, sed illi severiorem paenitentiam subibant quam hi. Adulteris clericus quoque adnumerabatur, qui clientelam, i. e. uxorem, quam laicus habuerat, post conversionem voto suo irrito facto cognoscebat filiumque ex ea gignebat*[1]. 40 *Gulae utrumque ordinem aeque deditum fuisse et clericus*

degebat in Galliis. Locum cum codice Londiniensi Cotton. Nero A II, alteri saec. VIII. parti attribuendo contulit W. Levison; cf. 'N. Arch.' XXIX, p. 150. 1) *V. supra p.* 10.

testatur sacrificium per ebrietatem aut voracitatem evomens neglegenterque dimittens et laicus se inebrians aut usque ad vomitum manducans aut bibens. Convivia cum alibi tum iuxta fana ad daemones colendos aut simulacra honoranda celebrabantur, in quibus laici quantum poterant et manducabant et bibebant, mensaeque daemoniorum vel christiani interfuisse videntur gulae vitio commoti[1]. *Denique etiam haeretici Columbano impugnandi erant, inprimis Bonosiaci, erroresque eiusmodi una cum idololatria inter Warascos haud procul a Luxovio sitos floruisse constat*[2]. *Paenitentia iniungebatur per dies* 7 *vel* 40 *aut per annos unum vel plures, et erat cum pane et aqua et sale aut absque vino et carne. Ad eam aggravandam exilium vel peregrinatio addi poterant. Homicidii reum praeterea parentibus perempti satisfactionem reddere opus erat, furtumque frequenter faciens laicus non ante reconciliabatur, quam pauperibus eleemosynam epulasque sacerdoti paenitentiam indicenti dedisset. Si quis laicus cupiditatis causa peierasset, gravissimam sententiam subibat, ut res ipsius venderentur pauperibusque donarentur, ipse autem saeculo dimisso tonsus usque ad mortem in monasterio serviret. Laicis tempore paenitentiae uxores cognoscere non licebat. Paenitentibus in ecclesia extremus christianorum ordo reservabatur aut velut communicantes cum Bonosiacis inter catechumenos stare cogebantur, separati ab aliis. Absoluta paenitentia, iudicio sacerdotis in communionem recipiebantur vel altari iungebantur*[3].

*p. 18. **Librum humero ferens Columbanus per opaca saltus ambulabat*[4] *legensque librum reperiebatur et in atrio ecclesiae*[5] *et in eremo, quercus putrefacto trunco*[6] *sedens. Inprimis commentarios in scripturam sacram sibi comparare*

1) *De sacrificio Suevorum daemoniaco v. supra p.* 17. 2) *V. Columb. II,* 8. 3) *Paenitentialis quod Columbani nomine circumfertur maximam partem re vera ipsius auctoris esse inter saniores criticos iam constat, omnesque contrariam Schmitzii opinionem (cf. e. gr. 'Arch. f. kathol. Kirchenrecht' XLIX, p.* 3 *sqq.; LXXI, p.* 436 *sqq.) improbaverunt (cf. Malnory l. l. p.* 70 *sqq.), quam etiam in novissimo quod edidit opere 'Die Bussbücher und das kanonische Bussverfahren', Dusseldorpii* 1898, *p.* 146 *sqq., pertinaciter defendit. Neque vero totus liber, quem Seebass, 'Zeitschr. für Kirchengesch.' XIV, p.* 441—448, *ultimus edidit, Columbano attribuendus est, sed complures partes distinguendae sunt a compilatore posteriore in unum redactae. Albertus Hauck, qui in historia Germaniae ecclesiastica I, p.* 275[3], *quaestionem perite retractavit, partem mediam a Seebassio littera B signatam ad c.* 25. *omnino germanam esse recte mihi statuisse videtur.* 4) *V. Columb. I,* 8. 5) *Ib. I,* 20. 6) *Ib. I,* 28.

laborans Gregorium M., cuius etiam regulam pastoralem a. 591. *compositam*[1] *legerat, a.* 600. *adiit, ut et homilias in Ezechielem*[2] *sibi mitteret, scilicet extrema libri exposita, et Cantica canticorum, ipsumque adhortatus est, ut totam*
5 *Zachariae obscuritatem exponeret. Ipse adolescens huic litterarum generi se dederat, psalmorum librum elimato sermone exponens*[3], *eaque expositio in vetustis catalogis bibliothecarum et Sangallensis*[4] *(saec. IX):*

Expositio S. Columbani super omnes psalmos vol. I,

10 *et Bobiensis*[5] *(saec. X):*

libros sancti Columbani in psalmos II,

commemoratur. Codices ipsos iam Patricius Flemingus frustra in his bibliothecis quaesiverat nec eos alibi facile inveniri contendit; vidit autem in monasterio Luxoviensi
15 *commentarium super psalmos, in quo verba obsoleta, Columbano familiaria deprehendisse sibi visus est, sed aeque alterius vetusti auctoris ea esse posse concessit, unde nihil certi de praefati operis auctore afferre poterat. Attamen Columbani expositionem adhuc extare hodie communis opinio est et*
20 *creditur esse ea quam Muratorius e codice Bobiensi, iam Mediolanensi bibliothecae Ambrosianae C.* 301, *saec. VIII, fol.* 14—146, *eruerat*[6] *praescriptione et fortasse etiam praefatione*[7] *destitutam, cum folia praecedentia perierint. Germana Hieronymi scripta priori codicis parti insunt, unde*
25 *librarius saec. XV. et expositionem eiusdem auctoris esse coniecit, recentiores autem omnes Vallarsii vestigia secuti Columbano potius eam attribuerunt. Codex propter glossas Hibernicas saec. IX. adscriptas apud linguae illius peritos magna auctoritate non immerito floret, ita ut iam ab uno*
30 *eorum ad unguem expressus in publicum prodierit*[8], *neque*

1) *Cf. Jaffé n.* 1094². 2) *Eas a.* 595/6. *conscriptas esse statuit P. Ewald, Jaffé n.* 1401². 3) *V. Columb. I,* 3. 4) *Cf. G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui p.* 48, *n.* 229. 5) *Ib. p.* 67, *n.* 216/7.
6) *Muratorii Antiquitates Italicae medii aevi III,* 857. *Codicem descrip-*
35 *serunt A. Reifferscheid, Bibl. patrum Latinorum Italica II, p.* 43; *Nigra, 'Les gloses irlandaises de Milan' ('Revue celtique' ed. Gaidoz I, p.* 60—65*).* 7) *Eiusdem ad Ps.* 15. *his verbis auctor meminisse videtur:* Multa namque apud Ebreos inveniuntur, quae ex rebus sibi insitis accipiunt nomen, quod quidem inter proprietatum collectiones
40 in praefatione signavimus, ut est hoc de quo sermo versatur. 8) *Ed. G. I. Ascoli, 'Il codice Irlandese dell' Ambrosiana' ('Archivio glottologico Italiano', Romae* 1878, *vol. V). Particulas expositionis post Muratorium Vallarsiumque (Migne, Patrologia lat. XXVI, col.* 863*) publici iuris fecerat Zeuss, Grammatica celtica (ed. Ebel* 1871²*), in Appendice*
45 *p.* 1043—1048, *una cum epistula Hieronymi ad Sophronium, quae in priore codicis parte (fol.* 2') *legitur.*

vero adhuc quisquam operam dedit, ut certis argumentis verum auctorem investigaret. Antiquarii nonnulli leviores argumentationem quam maxime temerariam ex hac expositione concluserunt, scilicet Columbanum linguarum non solum graecae, sed etiam hebraicae peritum fuisse, immo ex hac lingua psalterium in latinam transtulisse[1], *unde litterarum scientiam Scottorum* *p. 19. **eo altius efferre potuerunt*[2]; *sed praefatio qua nituntur potius Hieronymi interpretis est, scilicet epistula ad Sophronium data*[3]. *Auctor contra expositionis tantum aberat, monente A. Peyron*[4], *ut hebraicam doctus esset linguam, ut eam cum syriaca perpetuo confuderit atque primigenium textum commemorans non assecutus sit germanum eius sensum. Columbanum ipsum peritiorem fuisse ex interpretatione vocabulorum nonnullorum minime concludendum est, quippe quae ex onomasticis Hieronymi aliorumque facile colligere potuisset*[5]. *At linguae graecae auctor ille incognitus scientiam quandam habuisse videtur graecamque Symmachi interpretationem saepe citavit. Erat quoque iuris consultus, nam sub lege usurae non ignoravit exactionem prohibitam esse, atque valde graviter dolebat, quod iustitia suo tempore facta esset venalis:* vitium, *inquit,* quod nostris praecipue diebus increbruit. *Victui humano necessaria esse existimabat praeter frumentum etiam vinum et oleum. Constat autem Scottos nostros absque reliquarum gentium legibus*[6] *fuisse locoque vini oleique cerevisiam butyrumque consumpsisse, dum ea quae protuli argumenta potius in auctorem plagae australis convenire videntur. Diligentius quidem in rem me non inquisivisse confiteor et spero fore ut cultor quidam sancti viri quaestionem retractet iamque tandem absolvat. Interim certe dubitare licet, quin Columbani expositio psalmorum adhuc supersit. Praeterea ipsum multa alia vel ad cantum digna vel ad docendum utilia condidisse dicta auctor est Ionas*[7]. *Hymni quidem, ad quos haec verba inprimis referenda videntur esse, a Columbano*

1) *Ebrard, 'Die iroschottische Missionskirche' p.* 83, *cum sectatoribus suis.* 2) *Etiam Henricus Zimmer, 'Pelagius in Irland', Berolini* 1901, *p.* 5, *litterarum scientiam studiumque Scottorum, quod ad aevum Columbani attinet, iusto pluris existimasse mihi videtur.* 3) *Psalterium iuxta Hebraeos Hieronymi ed. de Lagarde p.* 1 *sqq.* 4) *A. Peyron, Ciceronis orationum fragmenta inedita p.* 189. 5) *E. gr. Columbani interpretamentum hoc (MG. Ep. III, p.* 156, 19*)* Bargoma vilis columba *manifesto pendet ex Hieronymi libro interpretationis hebraicorum nominum (Onomastica sacra ed. de Lagarde p.* 60*):* Bariona filius columbae. 6) *V. Columb. I,* 2. 7) *Ib. I,* 3.

compositi minime noti sunt, sed extant epistulae versibus hexametris vel Adoniis satis eleganter conditae, quibus antiquorum poetarum flosculos passim intexuit. Doctrinam in iis Columbanus profitetur semper eandem, scilicet labente vita hunc mundum cum illecebris suis, deliciis divitiisque nihili aestimandum esse[1], *poetamque Fidelio fratri rescribentem versibusque ludentem ad extremam crevisse senectutem iam dixi. Novum quod nuper in publicum prodiit carmen more celeusmatis antiqui ita compositum, ut eodem modo quo nautae ad resistendum procellis imbribusque sese adhortabantur et christiani fide firma diabolo resisterent ipsumque superarent, vivido certandi ardore dictatum est ab homine periculis pelagi assueto, et licet nomen poetae exceptis litteris* banus *iam abscissum sit, tamen nullus dubito, quin idem*[2] *sit qui in epistula ad Bonifacium scripsit*[3]*:* Vigilate, *inquit,* quia mare procellosum est et flabris exasperatur feralibus; ideo audeo timidus nauta clamare: Vigilate, quia aqua iam intravit in ecclesiae navem, et navis periclitatur. *Ex commemoratione Rheni fortasse conici licet poema a.* 611. *conditum esse, quo ex Theuderici regno expulsus flumen illud Columbanus navigabat. Bellatorem eum vehementissimum fuisse ex epistulis quas supra perlustravi intellegitur. Dolendum autem est magnam earum partem iniuria temporum periisse. Ad Gregorium M. non solum quae superest scripsit epistulam, in qua eius regulam pastoralem se legisse affirmat, sed etiam scripta, si biographo Salabergae*[4] *credi fas est, dedit, 'quae de pervigili pastorum cura elicuit', *atque etiam responsum papae idem auctor legisse vult. Praeterea complura ipsius de paschate scripta*[5], *p. 20.

1) *Columbani carmina ed. W. Gundlach, MG. Ep. III, p.* 182 *sqq., qui G. Hertelii dubitationem de auctore bene refellisse mihi videtur, 'N. Arch.' XV, p.* 514 *sqq. Artificium poetae examinavit Manitius, 'Zu spätern lateinischen Dichtern' ('Rheinisches Museum'* 1889, *XLIV, p.* 552*); 'Gesch. der christlich-lateinischen Poesie' p.* 390 *sqq.* 2) *Carmen E. Dümmler, 'N. Arch.' VI,* 191, *princeps edidit, qui de Columbano quodam iuniore cogitavit, at mecum convenit W. Gundlach, 'N. Arch.' XV,* 514. 3) *MG. Ep. III, p.* 170. 4) *V. Salabergae c.* 3. 5) *Epistulam paschalem ad venerabilem papam quendam datam, quam e codice Parisiensi n.* 16361. *erutam sermonis ratione habita Columbano attribui ('N. Arch.' X,* 88*), meisque argumentis seductus W. Gundlach inter illius scripta admisit (MG. Ep. III,* 177 *sqq.), re iterum perpensa, cum Seebassio ('Zeitschr. f. Kirchengesch.' XIV,* 93*) iam consentio potius a sectatore Victorii compositam esse, quippe qui immolationem agni, i. e. passionem Domini, ante lunam XIV. ideoque resurrectionem ante lunam XVI. non passus sit celebrari, auctoritatem sedis apostolicae secutus. Eadem monente Seebassio (Herzog, 'Real-Encyklopädie' IV,* 246[3]*) inter*

epistulae ad Theudericum Chlothariumque reges castigatoriae, contra Agrippinum de damnatione trium capitulorum, denique libellus contra Arianos adhuc latent.

Columbanus in codice quodam Sangallensi[1] **traditionum Scoticarum tenacissimus consectator** *non immerito existimatur. Ordines in catalogo sanctorum Hiberniae*[2] *tres sibi invicem succedentes distincti sunt, cum unitas ordinis primi servata et in missis et in tonsura et in paschate desciscentibus his vel illis paulatim decreverit. Secundus ordo (a.* 543—599*), ad quem Columbanus ratione temporis potissimum pertinet, paucos episcopos multosque presbyteros comprehendens, varias celebrabat et missas et regulas, sed unum pascha XIV. luna post aequinoctium, unam tonsuram ab aure ad aurem servabat mulieresque separabat a monasteriis; tertius (a.* 599—665*), cui extremi ipsius anni adnumerandi sunt, in locis desertis habitabat et oleribus, aqua, eleemosynis vivebat et propria devitabat; diversitatem autem extendebat in tonsuram, aliis coronam, aliis caesariem habentibus, atque etiam in sollemnitatem paschalem, cum alii XIV. lunam, alii XVI. cum duris contentionibus observarent. Columbanus autem a prisco quem a maioribus suis acceperat ritu ne unguem quidem transversum discessit. Scotti cum rectam fidem soli conservasse sibi visi essent, conversationem cum aliter credentibus effugiebant. Ut Daganus*[3] *Scottorum episcopus ad episcopos Anglorum Romanos veniens cibum cum iis nec in eodem hospitio quo vescebantur sumere voluit, ita Columbanus non cum omnibus sociabatur atque Theuderici regis et domum et dapes respuens*[4] *fortasse non solum impietatem, sed etiam fidem diversam abhorrebat. Hac separatione Romani laedebantur epistulaque ad episcopos abbatesque Scotticos data Dagani Columbanique abbatis in Gallias venientis exemplum pro-*

Hieronymi opera a Vallarsio (Migne, Patrol. lat. XXII, col. 1220 *sqq.) iam edita erat e codice Vaticano n.* 642, *fol.* 89, *ubi Hieronymo item falso attributa est. Neque quae Columbani nomine extat brevis de saltu lunae expositio, incipiens ita:* Sanctus Columbanus haec de saltu lunae ait, *quam P. Gabriel Meier, 'Jahresbericht über die Lehr- und Erziehungs-Anstalt des Benedictiner-Stiftes Maria-Einsiedeln'* 1886/7, *p.* 30, *e codice Sangallensi n.* 250, *saec. IX, princeps edidit, germanis ipsius scriptis addi potest, licet eam Notgerus Labeo in computo suo Columbani nomine citaverit, nam auctor cyclum decemnovenalem adhibens multis annis post et procul dubio saec. VIII. ex. vel IX. in. degit.* 1) *Cf. Greith, 'Gesch. der altirischen Kirche' p.* 295. 2) *Ed. Haddan et Stubbs l. l. II,* 2, *p.* 292. 3) *Beda, Hist. eccl. II,* 4. 4) *V. Columb. I,* 19.

tulerunt, ut demonstrarent Scottos Brettonibus non esse meliores, quippe qui utrique iuxta morem universalis ecclesiae non ingrederentur.

Erat autem Columbanus homo vehemens feroxque 5 *natura neque quam passim praedicabat humilitati longius insistebat, si quis ipsius opinioni non acquievisset, immo summis potestatibus vel papae, etsi eius supremum in causis ecclesiasticis iudicium ipse agnovit, imperterritus obsistebat verbisque non parcebat iustoque iure adversarii superbam in* 10 *ipso scribendi praesumptionem*[1] *offendebant. Sermone autem Hertelio monente utebatur triplici, scilicet vivido in epistulis, pio in paraeneticis, sicco in scribendis* **legibus. In epistulis* *p. 21. *exquisitius dicendi genus colebat, argutiis vocabulisque peregrinis adhibitis, ita ut et graecis litteris et hebraicis doctus* 15 *crederetur, dictioque florida speciem praebet parum communem, ne dicam mirabilem. Carminibus Vergilii, Horatii, Ovidii ita studuerat, ut ea haud timide passim expilare posset. Ex libris auctorum classicorum latinas litteras Scottus didicerat eo melius, quo minus patrii sermonis* 20 *affinitate ad soloecismos induceretur, scholisque ipsius pueri francogallici non solum ad paenitentiam, sed etiam ad puriorem latinitatem educari poterant. De emendandis ecclesiae Gallicanae moribus corruptis atque de Germanis fide christiana imbuendis optime meritus est. Eo quod Scottis* 25 *insitum est peregrinandi*[2] *studio actus consilium duplex ceperat, ut primo Gallos christianos temptaret, num humilitati paenitentiaeque paterent, si minus, gentes vicinas*[3]*; easdem expulsus e Theuderici regno visitavit, sicut ipse sibi proposuerat*[4]*, easdem ut visitarent successores, praeceptum* 30 *reliquit ultimum*[5]*. Itaque concedendum est, eum ad paganos convertendos a patria minime exisse, sed postea in propositum illud declinasse, neque vero propterea locum primarium inter praedicatores gentium perdere mihi videtur. Iustiore de causa id vitio ipsi vertitur, quod incepta sua persecu-* 35 *turus parum praestiterit constantiae*[6]*. Monasteria autem, quorum ipse vel discipuli eius fundamenta iecerant, hunc quem habemus humanum cultum civilemque per longum tempus fere sola conservasse posterisque tradidisse constat,*

1) *MG. Ep. III*, 162. 2) *Cf. V. S. Galli auct. Walahfrido II*, 46: 40 de natione Scottorum, quibus consuetudo peregrinandi iam paene in naturam conversa est. 3) *V. Columb. I*, 4. 4) *MG. Ep. III, p.* 167; *cf. V. Columb. I*, 27. 5) *V Columb. II*, 8. 6) *Malnory l. l. p.* 45.

et quaeritur, unde hanc litterarum scientiam artesque quas colebant acceperint Scotti in extremo orbe degentes. Fides christiana Roma eis certe allata est, caerimoniaeque quibus utebantur obsoletae multis saeculis ante ibidem colebantur. Cyclum paschalem quem observabant inter a. 312—342. *Romae ut legitimum receptum esse demonstravi*[1], *eumque retinebant, licet ratio modusque interim non semel ibi mutata essent. De artis picturaeque ratione qua ad codices exornandos utebantur, monente harum rerum viro*[2] *peritissimo, idem dicendum est, scilicet etiam hanc a Romanis Scottos didicisse, sed deficientibus exemplis magistrisque postea aberrasse, fortiterque quae nunc iterum pullulare incipit opinioni vesanae auctor meus obstitit, quasi ex Aegypto originem ipsa traxisset. Chirurgiae quoque peritiam quandam Columbanus habuisse videtur, si ipsius biographo credi fas est, digitum monachi falce abscisum frontemque alterius cuneo laesam ab eo curata esse*[3]. *Denique ipse sociique eius de societate humana optime meriti sunt, silvas caedentes locaque deserta colentes, ut culta necessitatibus humanis terra iam serviret. Luxovium, Bobium, S. Galli monasteria florentissima quid ante Scottos fuerint, iusto iure quaeri potest, responsumque optimum reddidisse mihi videtur vir ille doctissimus ex eadem gente prognatus*[4]*:* Quid, *inquit,* nisi latibula ferarum, quae postea amoena erant humani consortii diversoria, postquam ea nostri labore et industria excoluere! Quippe Hibernorum labor et parsimonia et pietas hominum traxere frequentiam; scholae amorem auxerunt, disciplinae reverentiam; unde eis eorumque discipulis commissi sunt agri excolendi et silvae excidendae; extructae sunt domus monasteriis propinquae; deinde villae paulatim crevere; et demum immunitatibus regiis opitulantibus, ad civitatum iura et dignitates evectae sunt.

*p. 22. **Bella Columbano gerenda fuerant et intestina cum sociis et externa cum episcopis, quaeque sub ipso exarserant eadem in successores una cum reliqua hereditate transfudit. Qui cum difficultatibus non eodem modo pares essent, tradi-*

1) *'N. Arch.' IX,* 167. 2) *Springer apud Loofs, De antiqua Britonum Scotorumque ecclesia,* 1882, *p.* 119. *Inter artem Scotticam et Romanam necessitudinem quandam intercedere vel F. W. Unger, 'La miniature Irlandaise' ('Revue celtique' ed. Gaidoz* 1870, *p.* 8 *sqq.) non omnino negavit.* 3) *V. Columb. I,* 15. 4) *O'Conor, Rerum Hibernicarum scriptores veteres, Buckinghamiae* 1814, *I, p.* 225.

tiones a conditore acceptas integras posteris servare nequiverunt.

In monasterio Bobiensi, Columbano mortuo, pater suffectus est Athala[1]*, cui ex Theuderici regno expulsus sanctus monasterii Luxoviensis primo commiserat imperium. Is e Burgundionum genere nobili prognatus liberales litteras a patre didicerat, deinde Arigio episcopo Lugdunensi commendatus erat, ut cum sodalibus ad saeculares ecclesiae honores praepararetur; ad vitam autem coenobialem aspirans cum duobus pueris ad Lerinense monasterium se contulerat, cumque disciplinam ibi laxatam esse animadvertisset, Columbanum Luxovii adierat, qui suo ministerio adiunctum eum disciplinis ecclesiasticis instruere studebat. Iam abbas creatus exemplo magistri disciplinam regularem fortiter exercebat. Subditi nimium novi patris fervorem vix aegreque sustinebant, animoque commoti, cum ab ipso diu castigarentur, libertatem desideratam quaesiere, atque monasterio relicto, alii sinus maritimos adiere, alii eremiticam anteposuere vitam, sive commerciis sive natura magis delectabantur; abbati vero detrahere non cessabant. Interim obiurgator vehementissimus mortem occubuit. Quo signo tacti plurimi ad se redierunt, praemissaque confessione paenitentiaque, abbati reconciliati sunt, quique verecundia tunc retinebantur, aliorum morte perterriti postea in gratiam successere. Monachi Bobienses sicut Luxovienses agri culturae vacabant telluremque ad frumenta suscipienda vomere excolebant. Cum frater quidam in reparanda stiva glebae asperitate confracta pollicem abscidisset, ipsum quamvis terra iam conditum Athala manui adiunxit moreque magistri sanavit. Frumentum horreis conditum, ut in farinam mutatum victui humano adaptaretur, in molendinum tradendum erat. Erat autem molendinum monasterii ad Bobium torrentem situm, eique unus ex fratribus custos praepositus munere satis periculoso fungebatur tempore, quo aquarum moles ex montibus delapsae rupibus arboribusque congestis totam officinam demergere nitebantur. Athala non solum singulari fervore eminebat, sed etiam quaestiones difficiliores et solvere et opponere poterat, ita ut Arianis haereticis fortiter resistere valeret. Qui cum praecedente rege quantis poterant viribus monasterium sublevarent omnemque fratribus*

1) *V. Columb. II,* 1—6. *Nomen Germanicum ut* Athala *apud Cassiodorum (Var. XI,* 1*),* Athal *apud Iordanem (Auct. antiq. V,* 1, *p.* 143*) audit, ita in melioribus Ionae codicibus* Athala *et* Atala *scriptum est,*

reverentiam impenderent, hi insolentiis respondere solebant, unde Ariowaldus dux Taurinensis presbytero cuidam Bobiensi ab Athala Ticinum misso occurrens, 'iste', inquit, 'e Columbani monachis est, qui nobis salutantibus denegat apta respondere'[1]. *Cum in quaestione trium capitulorum papae Columbanus fortiter restitisset, Athala sedis apostolicae voluntati se subiecit, sublata communione cum defendentibus, qua de causa ab Agrestio monacho Luxoviensi epistula per Aureum Adalwaldi regis Langobardorum notarium missa ipse vehementissime increpabatur*[2]. *Idololatria autem ne in Italia quidem tunc extirpata erat, fanumque arboribus intersitis haud procul a monasterio in villa ad Iram fluvium situm erat, cui Meroveus monachus Dertonam missus ignem supponebat*[3]. *Die vitae supremo instante Athala saepta monasterii densabat, tecta sarciebat, equos quiete fovebat, libros ligaminibus firmabat, supellectiles ablui, calceamenta parari omniaque quae corrupta erant restaurari iubebat, quasi iter quoddam suscepturus esset. Obiit autem die* 10. *Martii c. a.* 626.[4] *Socio moribundo fratrum caterva adstare solebat, ut animae de vita exeunti supremos honores psallentes tribuerent*[3].

*p. 23. *Eustasius, item e Burgundionum genere nobili ortus, ut erat indigena, a comitatu sancti Luxovio abscedentis, ut remaneret, avulsus erat, laborante Mietio ipsius avunculo, qui ecclesiae Lingonicae episcopus tunc praeerat*[5]; *sed postea cum multis fratribus Luxoviensibus ad Theudebertum regem confugisse*[6] *videtur, cum inter eos esset, qui prope Brigantiam cum sancto versarentur. Idem loco magistri, cum Athala ipsum subsequi maluisset neque qui alter designatus erat Waldelenus praepositus factus esset, monasterium Luxoviense gubernabat, patreque defuncto, etiam abbatis nomen meruit. Ex Italia reversus*[7], *quo legatum eum a Chlothario missum esse supra enarravi, pro communi necessitate et fortasse pro Leudemundo episcopo Sedunensi deprecaturus, qui perduellionis reus Luxovium ad ipsum a.* 613/4. *confugerat*[8], *ad eundem regem se contulit in Neustria residentem. Domum regressus praeceptum sancti implere studebat, ut gentes vicinas fide catholica imbueret. Eo autem consilio haud ita longe a monasterio progredi ei opus erat. Ad utramque Dubis fluvii ripam Warasci, qui*

1) *V. Columb. II*, 24. 2) *Ib. II*, 9. 3) *Ib. II*, 25. 4) *Vide ea quae ad II*, 6. *adnotavi.* 5) *V. Columb. I*, 20. 6) *Ib. I*, 27. 7) *Ib. II*, 7—10. 8) *Apud Fred. IV*, 44, *nomen* Austasius *scriptum est.*

inter Germaniae populos numerantur, incolebant partim haeretici, scilicet Photini Sirmiensis aut Bonosi Narsitani erroribus dediti, alii pagani. Quibus ad fidem conversis, cum Suevis magister evangelium praedicasset sociusque eius 5 Gallus in eo negotio persisteret, ipse ultra eos ad Baioarios tetendit multoque labore plurimos eorum christianos fecit. Ubi aliquamdiu versatus, relictis viris sagacibus, qui opus inceptum continuarent, Luxovium rediit. Ibi exemplo Columbani tam monachos quam vicinos ad peculiarem Scottorum 10 paenitendi modum excitare studebat multosque facundia sua erudiebat, qui postea sedes episcopales meriti sunt, scilicet Chagnoaldus Columbani quondam minister Lugduni Clavati, Acharius Viromandorum et Noviomi et Tornaci, Ragnacharius Augustae Rauracorum et Basileae, Audemarus Bononiae 15 et Tarvanae oppidorum episcopi. Cum igitur instituta magistri quam maximis viribus propagaret et non solum apud Francorum proceres, sed etiam apud regem honore atque veneratione frueretur, diversitas ritus episcopos ecclesiae Gallicanae ad novum vehementemque impetum incitabat, 20 quibus ex ipsius monachis socius optatissimus surrexit. Agrestius postquam apud Theudericum regem notarii munere functus est, compunctione quadam tactus Luxovium pervenerat atque se suaque omnia Eustasio patri tradiderat. Qui cum gentium praedicator esse vellet neque in religione 25 satis profecisset, idoneum ad tale opus eum minime esse abbas existimans consensum dare noluit; pertinacem vero retinere nequibat. Primo ille ad Baioarios progressus, paululum apud eos moratus est, deinde Aquileiam transiit. Aquileienses a communione sedis apostolicae trium capitulorum 30 quaestionis causa se separasse supra commemoravi, eorumque partibus Agrestius adhaesit, epistulam veneno conviciisque plenam ad Athalam conscribens eandem, cuius supra memini. Luxovium reversus, cum doctrinas suas profiteretur, ab Eustasio primo admonitus, deinde cum resipiscere 35 nollet, a collegio segregatus est. Iam per Abelenum episcopum Genavensem ad episcoporum societatem accessit, iique coniuncti apud Chlotharium conquesti sunt, quibus quantisve molestiis per sectatores religionis regulaeque Columbani ecclesia turbaretur. Rex autem ad causam examinandam decidendamque synodum convocari iussit, ut tandem aliquando pax 40 ecclesiae repararetur. Itaque episcopi Burgundiae, praesidente Tretico Lugdunensi, assistente Warnachario maiore domus Eustasii adversario, eodem quo concilium Clippiacense celebratum est anno XLIII. regis, i. e. a. 626/7. *p. Chr., in*

suburbio Matisconensis urbis consederant die statuto, cum subito maior domus morte praeventus interiit[1]. *Quo omine fiduciam adversariorum et inprimis Agrestii imminutam esse credibile est. Accusator enim surgens ea quae* *p. 24. *in Columbani regulam sibi obicienda erant trementibus labiis edisseruit, scilicet superflua et canonicae institutioni aliena illa contineri, veluti frequentem et signandi cochlearis et benedictionis quaerendae consuetudinem*[2], *sanctumque a ceterorum moribus desciscere diversa et missarum celebratione et tonsura. Quaestio igitur maxima, qua publicus rerum ordo turbaretur, paschalis scilicet, a Iona consulto silentio praetermissa est, dum tota quae hic castigatur discrepantia inter utrumque ritum levioris momenti est, ad intestinas tantum pertinens res. Idem de reconciliatione dicendum est, quam Ionas ita factam esse statuit, ut Agrestium disciplinam institutaque magistri detrectantem Eustasius haudquaquam patienter ferens intra praesentem annum in divinum iudicium vocavisset, quo praesagio terribili partis Agrestianae fautores perculsi concordiam restituissent. Manifestum enim est, quaestione paschali neglecta, episcopos cum monachis Luxoviensibus numquam concordare potuisse, ideoque, si pax tunc facta est, id quod non negarim, tamen condiciones a parte adversa dictatas eaque occasione non solum regulam reformatam, sed etiam antiquam Scottorum supputationem abrogatam esse necesse est*[3]. *Quo facto, cum reliqui Galliarum episcopi tum Abelenus monachis non solum non obstiterunt, sed etiam ad confirmanda Columbani instituta operam contulerunt. Eustasius autem disciplinam coenobialem minime remittens, qui Agrestio aliisque secedentibus sibi remanserant eos colligere studebat. Maxima monachorum multitudo ipso gubernante Luxovium confluxit, ita ut locus vix sufficeret aliaque in vicinis locis monasteria construenda essent, quae sicut Grandivallense Waldebertus eius successor*[4] *(a.* 629 — 670*) aedificavit. Eustasius ipse, postquam per triginta dies aegrotavit, a.* 629, *die* 2. *Aprilis, animam exspiravit*[5].

1) *Ex loco Fredegariano IV*, 54, *annus concilii Matisconensis accurate determinandus est, id quod praetermisit F. Maassen, Concilia I*, 206. 2) *Regula coenob. c.* 1. 3. 3) *A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I*, p. 284. 286[3], *Columbano expulso Scottorum supputationem iam abrogatam esse voluit, etsi reliqua eorum instituta usque ad synodum Matisconensem perdurasse traditum est.* 4) *V. Miracula Waldeberti et Eustasii auct. Adsone, SS. XV*, 1172. 5) *Vide ea quae infra ad V. Columb. II*, 10, *adnotavi.*

Ipso sedente Bertulfus[1] *vitam regularem in monasterio Luxoviensi diu degit vir genere nobilis, qui ex gentili christianus factus, dimissis rebus omnibus, Arnulfi episcopi Mettensis consanguinei vestigia primo secutus erat. Athala autem cum ex Italia profectus Luxovium quondam advenisset, ipsum socium sibi cooptavit, neque Eustasius consensum detrectavit, cum concordissimi ut erant collegae subiectos sibi invicem commutarent, sive hic sive ille desiderabatur. Monasterio Bobiensi iam adscriptus Bertulfus praecepta magistri tam strenue implebat, ut mortuo Athala tota congregatio consensu unanimo eum in paternam dignitatem sublimaret, primumque ea occasione conventus ius abbatis eligendi liberum exercuisse videtur. Attamen Probus episcopus Dertonensis abbatem cum monasterio suae iurisdictioni subdere intendens, eo consilio aulicos pontificesque vicinos sibi conciliavit, per quos Ariowaldum regem Langobardorum capere vellet; is autem iure ecclesiastico probandum esse non ignoravit, utrum monasteria procul ab urbibus sita episcopali dominio subiacerent annon, causamque alienam attingere noluit. Bertulfus cum, quid in se suosque moveretur, ab aulico quodam certior factus esset, et ipse regem ambiens, ad iudicium synodale reiectus est. Illud non sine causa perhorrescens litem ad sedem apostolicam deferre maluit; rex vero quamvis sectae Arianae deditus esset, tamen monachis magis quam adversariis eorum favens sumptu publico eum cum obsequiis Romam perducendum curavit. Honorius papa examinata regulari disciplina ipsum cotidie adhortatus, ut pestem Arianam extingueret, tandem privilegium optatum a.* 628, *d.* 11. *Iunii, ei largitus est, quo monasterium iurisdictioni episcopali exemptum dominio papali subdidit, episcopis vel introitum interdicens, nisi a praeposito invitati ad missarum sollemnitatem celebrandam asciti essent*[2]. *Fratres sub Bertulfo colendis non solum agris sed etiam vitibus vacabant, vineaeque saeptis munitae unus eorum custos tempore vindemiae *praeponebatur, ne avium bestiarumve incursus damnum inferrent. Saepta autem quotannis arboribus densanda erant, in quod negotium transigendum* 30 *monachi iussu abbatis quondam incubuerunt*[3]. *Bertulfus postquam tredecim annos monasterium gubernavit, defunctus est c. a.* 639. *p. 25.

Winiocus presbyter ex paroecianis ad Columbanum visitandum Luxovii saepe aderat, sive vim artificii admira-

1) *V. Columb. II,* 23. 2) *Privilegium ed. in Hist. patriae monum. Chart. tom. I, col.* 5; *cf. Jaffé nr.* 2017[2]. 3) *V. Columb. II,* 25.

batur, qua Scotti arbores in silvis caederent[1], *sive miraculo stupebat, quo horreum frumento noctu repleretur*[2]. *Eius filius Bobolenus post Bertulfum abbas monasterii Bobiensis electus est, quod centum quinquaginta monachi tunc occupasse feruntur. Is maximam curam privilegii confirmandi ampliandique egit illius, quod ab Honorio papa decessor acceperat, eaque de causa Rotharium regem Langobardorum et Gundibergam, sub quorum defensione monasterium positum erat, adiit, ut apud sedem apostolicam sibi suffragarentur. Eorum intercessione Theodorus papa a.* 643, *die* 4. *Maii, Boboleno 'presbytero et abbati' optatam privilegii confirmationem concessit. Patri monasterii totique congregationi episcopum eligere licebat, per quem missarum sollemnia celebrarentur aut presbyteri diaconique vel tabulae in quibus missae celebrandae essent consecrarentur, eumque monasterium ingressum, officio sacro absoluto, statim abire nec quicquam pretii postulare fas erat. Etiam secretis monasterii ipse prohibebatur, ne quieta monachorum vita turbaretur. Praeterea sacerdotibus, nisi essent vocati, potestas omnino nulla in monasterio exercenda erat neque in rebus neque in personis ordinandis; abbas vero post mortem patris is ordinandus erat, quem tota congregatio elegisset. Inprimis episcopo dioecesano interdictum erat, ne privilegium infringeret aut ecclesias decimasque monasterii usurparet. Disciplina intra monasterium patri conveniebat, cui monachi tepidi ad regulam corrigendi erant; sin ipse eam neglexisset, sedis apostolicae iurisdictionem subibat*[3]. *Similis argumenti praeceptum ab ipso Rothario rege monasterio concessum videtur esse, eoque inspecto Rodoaldus filius ipsius 'Bobuleno abbati et presbytero' a.* 652, *die* 4. *Novembris novum dedit, quod adhuc superest. Episcopi dioecesani potestate sublata, ad sacrandos sacerdotes episcopum quemlibet monachis arcessere rex permisit, duas vero condiciones adiecit, ut 'deintra regni ipsius terminum' eligeretur utque electus in notitiam ipsius perferretur; item abbatis eligendi facultatem monasterio denuo obtulit*[4].

1) *V. Columb. I,* 15. 2) *Ib. I,* 17. 3) *Ea quae praeterea in privilegio papali (ed. in Hist. patriae monum. Chart. I, col.* 6; *cf. Jaffé n.* 2053[2]) *enarrantur, scilicet mitram aliaque pontificalia abbati concessa esse, suspectae fidei sunt; cf. Muratori, 'Annali d'Italia' IV,* 92. *Apographon enim a.* 1172. *exaratum quam maxime adulteratum est neque vero inter suppositicias chartam referam, cum formula comparata cum genuina Burgundofaronis charta in universum constare videatur.* 4) *Praeceptum Rodoaldi (ed. Hist. patriae monum. Chart. I, col.* 10) *ex apographo saec. IX. aut X. editum permulta valde rustici sermonis*

Bobolenus, si poetae multo posteriori credere fas est, ab ipso Columbano edoctus inter fratres fortiter manibus operabatur similique curandi gratia pollebat, ita ut monachi artus lapide praecisos restituere posset[1].

Columbanus Theudeberti regnum ingressus pagum Briegium villamque Pipimisiacum circa duobus milibus ab oppido Meldensi distantem attigerat, quam Chagnericus[2] *conviva regis cum Leudegunde uxore inhabitabat. Ab eis summo cum gaudio receptus omnique subsidio instructus benedixerat totam domum liberosque sibi ita conciliaverat, ut omnes postea ordinem ecclesiasticum elegerint. Chagnoaldus enim, quem ministrum ipsi apud Brigantiam servisse supra commemoravi, ex monacho Luxoviensi postea Laudunensem episcopatum adeptus est; Burgundofaro*[3] *autem sedem Meldensem occupavit. Denique Burgundofaram, quae vulgo Fara appellatur, i. e. 'genealogia, generatio'*[4]*, filiam Columbanus benedicens Domino voverat, sed pater votum minime curans eam invitam alicui desponderat. Factum est autem, ut Eustasius abbas ad Chlotharium regem pergens Chagnoaldo comite Chagnerici domum visitaret. Ubi cum in puellam incidisset oculorum dolore febribusque laborantem, in patrem vehementer invectus, quasi sancti interdictum violaturus esset, illo promittente fore, ut votis *puellae non amplius obsisteret, ipsam facile ad sanitatem revocasse* *p. 26.

vestigia fert, quae neque librarii neque editores intellexisse videntur; finis vero misere depravatus interpolatusque est, nam pro ducibus gentique nostrae *sicut alibi ita hoc loco scribendum est* ducibus vel agentibus nostris *(ita praeceptum prius Adalwaldi) atque ultima verba admodum suspecta* sed pro perpetem firmitatem anuli nostri sigillum subter adfigi praecepimus *nullo modo cohaerent, sed expectantur talia qualia in chartis Agilulfi alteraque Adalwaldi ita conectuntur:* quatinus pro salute et stabilitate regni nostri Dominum valeatis die noctuque deprecare. *Etiam indictionis numerus (VIIII pro XI) stare nequit atque propter temporum notas inter se dissentientes chartam inter spurias reiecit Chroust, 'Untersuchungen über die Langobardischen Königs- und Herzogsurkk.',* 1888, *p.* 187, *dum quaestionem in suspenso relinquit L. M. Hartmann, 'Gesch. Italiens' II,* 1, *p.* 275. *Attamen de genuino huius praecepti argumento mea opinione dubitari vix licet atque sermo et forma cum veris regum Langobardorum chartis haud raro accurate conveniunt, veluti locis his: 'contra hunc nostrum generalem praeceptum', 'anno feliciter (lege 'felicissimi') regni nostri primo per indictione [nona] feliciter', unde chartae fidem habendam esse persuasum mihi est.*

1) *Cf. Versus de Bobuleno abbate, Scr. rer. Merovíng. IV, p.* 155.

2) *V. Columb. I,* 26. *II,* 7.

3) *Burgundofaro pontifex Meldensis urbis una cum Waldeberto abbate Luxoviensis coenobii testis aderat miraculi in monasterio Evoriacensi patrati, neque vero fratrem eum Burgundofarae fuisse Ionas II,* 21, *meminit.*

4) *V. Waitz, 'VG.' I,* 81[3].

dicitur sospitemque matri commendavit, donec a Chlothario rediens religiosis vestibus eam indueret. Pater vero pollicitationis mox oblitus nuptias iam parare decrevit. Quod puella comperta cum socia ad basilicam S. Petri Meldensem confugit, cumque vel eo ipso loco pueri a patre missi mortem in eam intenderent, Eustasius regressus ipsam liberavit atque per Gundoaldum urbis illius pontificem sacris vestibus induendam curavit. Tunc monasterium virginum Evoriacas vel Brigense[1], *postea ex sanctae nomine Farae monasterium, hodie Faremoutiers appellatum, in solo paterno aedificatum est curamque aedificandi Eustasius monachis duobus, Chagnoaldo scilicet fratri puellae et Waldeberto, commisit una cum regula docenda. Domus*[2], *quo tribus ostiis aditus patebat, et cellas et dormitorium commune comprehendebat neque hortus deerat, in quo olera ad coquinam necessaria ab ipsis virginibus colebantur; totum autem monasterium saeptis vel vallo cingebatur, quae transiliendo violari non licebat. Burgundofara mater virginibus praeerat aliaque cellariae munere fungebatur. Cum abbatissae fama passim per Gallias atque etiam per Britannias celebraretur, proceres non solum Francorum, sed etiam Anglosaxonum filias erudiendas ac sponso caelesti iungendas ipsi tradebant*[3], *ita ut virgines multae eo confluerent, inprimis e familiis nobilibus ortae. Instituta coenobialia a praeceptis quae monachis suis Columbanus dederat parum differebant. Confessionem apud matrem virgines expromebant, quae paenitentiam ad regulam peccantibus irrogabat a corpore Domini iam segregatis. Etiam cotidiana delicta in cogitatione, in sermone, in opere commissa confiteri oportebat, terque cotidie, sicut erat et monasterii et regulae consuetudo, per confessionem mens purgabatur*[4]. *Cum Columbano bina confessio suffecisset tertiaque a Donato addita esset, huius regulam in monasterio Evoriacensi a virginibus observatam esse ex hoc loco concludi licet. Missarum sollemnia a monacho celebrabantur, quo munere Ionas quondam fungebatur, eisque Burgundofara cum famularum collegio intererat. Virgini moribundae reliquae cum matre ad supremos honores praestandos aderant psallentesque animam exeuntem*

1) *Beda, Hist. eccl. III,* 8: in monasterio, quod in regione Francorum constructum est ab abbatissa nobilissima vocabulo Fara in loco qui dicitur in Brige. 2) *V. Columb. II,* 11—22. 3) *Beda, Hist. eccl. III,* 8. *Willesuindae ex genere Saxonorum Ionas II,* 17, *meminit.* 4) *V. Columb. II,* 19.

comitabantur; tricesimo autem die commemoratio defunctae cum missarum sollemnitate in ecclesia celebranda erat. Puellae tam diligenti matris custodia intra coenobium educabantur, ut una earum inter sexuum naturam diiudicare nequiret, marem 5 feminamque idem esse existimans. Parentes nobiles filias in universum alicui nuptum dare quam monasterio tradere malebant consensumque non dabant, nisi postquam omnes eas retinendi conatus ad irritum ceciderunt. Intrantibus autem monasterium nobilibus puellis neque diciplina neque 10 tenuis victus valde arridebat. Complures furtivo cibo gulae aviditatem esuriemque satiare aggressae sunt; aliae autem et inprimis noviciae illius vitae pertaesae saeculique desiderio arreptae fugam iniebant saeptaque per scalam transiliebant, cum diabolo conversari praeferentes quam cum sancta 15 matre, neque vero inceptum semper prospere procedebat, sed in ipso vallo transiliendo deprehensae libertatis amorem confessione paenitentiaque luebant. Agrestium rebus novis studentem, qui post synodum Matisconensem eo se contulerat, Burgundofara refellit[1]*, magna cum constantia fraudibus 20 ipsius obsistens. Monasterii terminos violabat omnemque eius familiam persequebatur Aega maior domus, cuius mors a.* 641. *virgines ex aliqua parte relevabat. Burgundofara quot annis post vixerit, minime constat. Inter sanctas relata die* 7. *Decembris colitur apud Usuardum*[2]*:* In pago 25 Meldicensi sanctae Farae virginis, *quocum epitaphium quoddam Caroli Calvi *tempore compositum*[3] *et Martyrologium Evoriacense*[4] *c. a.* 1200. *conveniunt, dum dies III. Non. Apr. in praescriptionibus codicum inferioris notae A* 1b[3.4] *Ionae legitur. Abbatissae Burgundofarae suc-* 30 *cessere virgines stirpis regiae Anglorum, scilicet Saethryd, Annae regis Anglorum orientalium privigna, et Aedilberg, eiusdem filia naturalis; praeterea earum neptis Earcongota eidem monasterio adscripta erat*[5]. *Cum fratres permulti ibidem consedissent, separatis quidem aedibus, monasterium 35 altera saeculi VII. parte factum est duplex, idemque cum Habendensi coniunctionis eiusmodi prima fuere exempla. Quae licet cum Columbani institutis parum conveniret, tamen ex ipsis exorta est. Piis puellis unus alterve ex probatissimis fratribus ab abbate Luxoviensi aggregabantur, ut curam in 40 spiritualibus gererent, sexus muliebris mox alios attrahebat, itaque marum monasteria surrexere iuxta puellarum.*

*p. 27.

1) *V. Columb. II,* 10. 2) *Ed. Bouillart p.* 197. 3) *Mabillon, AA. SS. Saec. II,* 449. 4) *Cf. Mabillon, Annales ord. S. Benedicti I,* 434. 5) *Beda, Hist. eccl. III,* 8.

Extat Burgundofarae testamentum[1] *a. V. Dagoberti, i. e.* 627. *p. Chr., d. VII. Kal. Nov. datum, actum autem d. VII. Id. Octobr., quo monasterio Evoriacensi in honorem Mariae et Petri aedificato, cum ibi residens diem supremum expectaret, quas ex hereditate paterna antea tradiderat possessiones confirmasse fertur. Formula quidem veris testamentis non absimilis est, constructionesque tales quales:* visa sum aedificasse, visa sum accepisse, locum, quod est constructum, *illius aevi consuetudini optime respondere videntur neque cum charta Burgundofaronis*[2] *omnino falsa testamentum comparari licet, ubi Faro Faraque appellantur Burgundofaro Burgundofaraque. Sigilla quae ab utroque documento pendent chartae quoque genuinae postea affixa esse possunt. Aliae autem suspicionis causae*[3] *haud ita facile removendae sunt, scilicet virginem a.* 610/1. *intra infantiae annos constitutam et post a.* 641. *defunctam respectu dissolutionis suae a.* 627, *vix plus quam* 27 *annos natam, testamentum condidisse, deinde distinctionem inter datum et actum in testamentis inusitatam. Chagnulfi nomen fratri sanctae inditum comitis Meldensis esse potest, cuius in privilegio Resbacensi a.* 635/6. *mentio fit*[4].

A Meldorum oppido haud ita multum progressus Columbanus in villa Vulciaco ad Matronam sita ab Authario eiusque uxore Aiga receptus erat materque filios teneros benedicendos ei obtulerat. Hi adulti apud Chlotharium et Dagobertum reges summam gratiam inierunt neque vero gloriam saeculi consecuti aeternae obliti sunt. Ado enim maior natu monasterium virginum Iotrense, alter Dado referendarius regius creatus cum fratribus, e quibus Rado tertius a Iona praetermissus est, in saltu Briegensi Resbacense ad regulam Columbani construxerunt[5], *quae monasteria haud longe et inter se et ab Evoriacensi distant. Ex eis maximam auctoritatem, quod ad ius ecclesiasticum pertinet, monasterium* R e s b a c e n s e *consecutum est, cuius privilegia inter formulas*

1) *Ed. Pardessus, Dipl. II,* 15. 2) *Ib. I,* 193. 3) *Inter scripta apocrypha testamentum reiecit Mauricius Lecomte, 'Le testament de sainte Fare, fondatrice et première abbesse de Faremoutiers' ('Extrait du Bulletin de la conférence d'histoire et d'archéologie du diocèse de Meaux'* 1898, *p.* 321*), dum qui dissertationem eius examinavit Leo Levillain ('Bibl. de l'école des chartes'* 1899, *p.* 95*) contrariam opinionem defendit iudex non adeo firmus. Denique H. Auffroi, 'Évolution du testament en France', Parisiis* 1899, *p.* 228, *n.* 4, *auctoritatem ei abrogavit. Sane exemplar saec. XI. specie autographi compositum suspicione non caret.* 4) *K. Pertz, Dipl. I, p.* 16. 5) *V. Columb. I,* 26.

admissa posteris exempla imitandi facta sunt. Locus, ubi monasterium situm erat, ad fiscum regium spectans conditoribus largitate Dagoberti regis concessus erat, qui conditum ex eodem fisco partim dotaverat, cum alia fratres una cum patre contulissent. Monasterio, quod in honorem Petri, Pauli, Antonii constructum primo Ierusalem appellabatur, Agilus abbas praeerat, qui monachus Luxoviensis Eustasium quondam in Baioariam comitatus erat[1]*. Rogatu conditorum privilegium*[2] *plenissimae libertatis, scilicet et immunitatis et exemptionis ex iurisdictione dioecesana, rex monasterio a.* 635/6, *die* 1. *Octobris concessit, quod ad episcopos, duces, Chanulfum comitem Meldensem datum Dado ipse obtulit. Singulas autem quas monachis, ut quiete ibi residere possent, attribuit libertates ita plenius descripsit,*

*1) *ut episcopo nulli quicquam de rebus monasterii tollere liceret neque potestatem quandam in eo exercere* *p. 28.

2) *neque illud intrare nisi voluntate abbatis aut congregationis,*

3) *ut abbate defuncto, quem ex semet ipsis ipsa congregatio elegisset, eum sibi seniorem insiitueret,*

4) *ut ne iudicibus quidem res usurpare liceret aut ad exercendam potestatem iudiciariam monasterium possessionesque eiusdem ingredi, sed omni immunitate illud cum congregatione sua frueretur.*

Hoc privilegio tota iurisdictio dioecesana episcopo loci extorta est neque quicquam ei remansit, ne summum quidem ius instituendi[3] *abbatis libere electi; potestatem autem non solum saecularem, sed etiam ecclesiasticam rex removit iure fisci,* dum, *inquit,* super nostra est largitate constructum. *Erat igitur monasterium regium, de quo disponendi facultatem sibi soli reservavit. Verebatur autem ipse, ne quis detrahendo aestimaret, eum 'in id nova decrevisse', quare affirmare festinabat de canonica auctoritate nihil imminutum esse, exempla insuper afferens monasteria Acaunensium, Lerinensium, Luxoviensium, S. Marcelli Cabillonensis,*

1) *V. Columb. II,* 8. 2) *Ed. Pertz, Dipl. I, p.* 16. 3) *Contrariam opinionem tuitus est qui in has res ea qua callet sagacitate inquisivit Theodorus de Sickel, 'Beiträge zur Diplomatik' IV ('SB. der phil.-hist. Classe der Wiener Akad.' XLVII,* 1864, *p.* 571 *sqq.), verbo* instituat *(Pertz l. l. p.* 17, 29*) subiectum attribuens episcopum loco congregationis, idemque iurisdictionem moderatam episcopis semper reservatam esse statuit, vel contradicentibus privilegiis. Institutis enim Scottorum non eam quam par est auctoritatem vindicasse videtur, unde libertatem monachorum iusto minorem fuisse credidit, postea quidem per episcopos coercitam.*

quae et ipsa iam inde antiquitus per regalem sanctionem sub libertatis privilegio mansissent. Etsi, privilegiis his deficientibus[1], *de qualitate libertatis singulis concessae iudicari nequit, tamen ex historia ecclesiastica compertum habemus, vel celeberrimum Lerinensium monasterium ex iurisdictione dioecesana minime exemptum fuisse*[2], *neque ante Columbanum vestigium illius libertatis coenobialis in Galliis deprehenditur, qualem ipse suo Luxoviensi monasterio asseruerat, qualisque Resbacensi competere videbatur 'ad modum Luxoviensis'*[3] *instituto. Interim cum reliquorum episcoporum tum Meldensis auctoritatem canonicam rex re vera imminuerat neque ipsis invitis privilegium regium ad effectum adduci poterat. Unde Dado referendarius cum fratribus a Burgundofarone qui Meldicae ecclesiae tunc praeerat postulabat atque rex una cum Canderico patriarcha Galliarum, scilicet episcopo Lugdunensi, aliisque episcopis parti Scottorum addictis eidem supplicabant, ut simili beneficio monasterium instrueret, isque constitutionem suam*[3] *a.* 638 *(vel* 637*?) d.* 1. *Martii etiam comprovincialibus suis confirmandam obtulit. Iam ipse episcopus dioecesanus non solum ius instituendi abbatis congregationi contulit verbis hisce:* quem unanimiter omnis congregatio illa monachorum ex semet ipsis optime regulam compertum elegerint, sibi seniorem instituant, *sed etiam iuri suo circa pontificalia renuntians, eidem concessit, ut benedictiones, consecrationes, sacros ordines a quovis spirituali pontifice perciperent, ut si quis e monachis more Scottico ordinem episcopalem nactus esset, is ea perficere posset, atque verbis apertis professus est, nullam se potestatem neque in rebus neque in ordinandis personis monasterii habere, disciplinam quoque monachorum totam abbati cedens. Monasteria licet complura usque ad Karoli M.*[4] *tempora* *p. 29. *exemplo Lerinensium, Acaunensium, *Luxoviensium monachorum instituta sint, libertates tamen non eaedem ab episcopis eis concedebantur, sicut Resbacensi, atque iura potiora*

1) *In binis Chlotharii regis (a.* 613—629*) privilegiis, quorum chronographus Acaunensis a.* 830. *meminit (Gremaud, 'Origines' p.* 26*), sanctum erat, ne consuetudo monachorum Acaunensium immutaretur, neve abbas constitueretur, nisi ex ipsis quem fratres elegissent.* 2) *Cf. Auct. antiq. VIII, p. LIV.* 3) *Pardessus l. l. II, p.* 39. 4) *Cf. privilegium monasterio Acutiano in territorio Sabinensi sito a Karolo M. a.* 775. *concessum (Duchesne, Script. III,* 652*):* privilegium, sicut cetera monasteria Lirinensium, Agaunensium et Luxoviensium, ubi prisca patrum Basilii, Benedicti, Columbani vel ceterorum patrum regula custodiri videtur.

iam Marculfus episcopo dioecesano reservavit, eraso loco ad institutionem pertinente[1], *nam abbatem a nullo promoveri voluit nisi ab episcopo*[2].

Instituta coenobialia Scottorum a discipulis sectatoribusque Columbani per totas Gallias pervulgata sunt, matrique Luxoviensi filiae surrexere fere innumerae, in quas ius coercitionis competebat abbati Luxoviensi[3]. *Potentinus Luxovio discedentem magistrum comitatus, in regione Armoricana, scilicet in dioecesi Constantiensi, monasterium condidit*[4]. *Complura in dioecesi Bituricensi ad Columbani regulam monasteria constructa sunt, scilicet a Berthoara femina nobili mulierum unum in urbe ipsa, a Theudulfo cognomento Babeleno virorum duo in insula Milmandrae fluvii et Gaudiaci tertiumque mulierum loco qui Carantomus vocatur ad eundem fluvium sito. Prope urbem Nivernensem idem quartum adiecit item mulierum*[5]. *Mitto Sadalbergam, filiam Gundoeni, quam caecam Eustasius in villa Mosa sanaverat*[6], *Romaricum*[5] *e nobilioribus Theudeberti regis ministris, amicum Arnulfi episcopi Mettensis*[7], *cum Amato, Eligium*[5] *postea Viromandensem episcopum reliquosque monasteriorum conditores ritui Scottico addictos, quorum vitas aut edidimus aut edituri sumus.*

Interim instituta illa, qualia Columbanus reliquerat, eadem minime permanserant, reformata cum supputatione paschali tum regula. Multa enim in hac reprehendenda esse visa sunt cum Agrestio tum aliis, inprimis nimia severitas vel in rebus minimis constitutioque parum definitiva. Percussionibus duris, quibus peccata levia vel potius nulla coerceri voluerat Columbanus, monachi monasteriis expellebantur, caerimoniasque superfluas puerilesque constituens fere derisui habebatur magister. E contrario de monasterio administrando atque de disponenda vita coenobiali pauca aut nulla in ipsius regula definita erant. Haec omnia Benedictus optime ordinaverat, cuius regula praeterea humana moderatione eminebat[8]. *Sicut in usum virginum auctore Donato episcopo Vesontionensi ex regulis Columbani, Benedicti, Caesarii enchiridion compactum est, ita etiam monachis Columbani instituta dilatanda erant, assumpta regula Bene-*

1) *Privilegium regium apud Marculfum I,* 2. 2) *Privilegium episcopale ib. I,* 1. 3) *Correctionem Eustasii Romaricus et Amatus subiere; cf. V. Columb. II,* 10; *Hauck l. l. p.* 298[3]; *C. Fr. Weiss, 'Die kirchlichen Exemtionen der Klöster', dissert. Bern.* (1893), *p.* 18. 4) *V. Columb. I,* 21. 5) *Ib. II,* 10. 6) *Ib. II,* 8. 7) *Cf. V. Arnulfi c.* 6. 8) *Cf. Rettberg l. l. p.* 678 *sqq.*

dicti. Ionas vero regulae neque Donati neque Benedicti mentionem ullam fecit, ipsique si credere fas esset, Columbani instituta usque ad sua tempora intemerata perstitissent. Monasteria autem et Solemniacense et Resbacense, quae ipso teste ad Columbani regulam[1] constructa esse feruntur, regulam Benedicti et Columbani et exemplum Luxoviensis monasterii persequebantur, sicut ex chartis et Eligii[2] et Burgundofaronis colligi licet, atque in monasterio Evoriacensi, cui regulam Columbani[3] expressis verbis attribuit, potius Donati regulam viguisse suis ipsis verbis prodidit trinam confessionem commemorans. Complura postea monasteria ad regulam Benedicti vel Columbani instituta sunt, quae enumerare longum est[4], atque inter codices monasterii Fontanellensis per Wandonem abbatem (ex a. 742*) comparatos unus extabat, 'in quo continebatur regula sancti Benedicti et sancti Columbani et martyrologium'[5], scilicet Hieronymianum, cuius originem item ad Scottorum sectatores referendam esse nuper demonstravi[6]. Denique Columbanum Benedictus propter virtutes quas* *p. 30. **dixi victor penitus fugabat, primusque Leudegarius ordinem vel regulam Benedicti abbatibus monachisque solam praescripsit[7], ex qua monasteriorum salutem expectabat omnem, in Galliis incipiens id quod saeculo insequenti perfecit Bonifatius.*

Columbani discipulorumque eius gesta descripsit qui inter historicos Gallicanos saec. VII. post Fredegarium facile primum locum obtinet I o n a s[8] *natione neque Scottus neque Francogallus, sed in summis Italiae finibus sub ipsis Alpium iugis natus Segusione[9] in urbe nobili, quae ex sede regali regni Cottiani redacta erat in municipium. Monasterio Bobiensi teneris adhuc annis post Columbani mortem et c. a.* 618. *p. Chr. adscriptus per novem annos ibidem conversatus erat neque vero parentibus saepe postulantibus per-*

1) *V. Columb. II,* 10. *I,* 26. 2) *Scr. rer. Merov. IV, p.* 747. *Locus chartae Burgundofaronis hic:* sub regula b. Benedicti et ad modum Luxoviensis monasterii, *si emendandus est, cum regularum infra iterum auctor meminerit:* secundum regulam ipsius b. Benedicti vel b. Columbani, *ipsum ad alterum emendandum esse existimo, insertis verbis:* vel b. Columbani, *dum A. Hauck, 'Kirchengesch. Deutschl.' I, p.* 293. 309[3], *in locum Benedicti Columbanum substituit, ita ut uterque iterum inter se dissentiat. Idem ipsum Benedicti nomen charta Solemniacensi eradere voluit (ib. p.* 291[2]*).* 3) *V. Columb. II,* 11. 4) *Löning l. l. II,* 442. 5) *Gesta abb. Fontan. ed. Löwenfeld p.* 38. 6) *'N. Arch.' XXIV, p.* 294 *sqq.* 7) *Concil. Augustodun., ed. Maassen I,* 221. 8) *De vita scriptisque Ionae disseruit Seebass (Herzog, 'Real-Encyklopädie' IX, p.* 340[3]*).* 9) *V. Columb. II,* 5.

missum domum visendi impetraverat, cum quondam mense Februario Athala abbas sua sponte ipsi imperavit, ut in patriam proficisceretur nullaque mora reverteretur. Itaque tempore nimii frigoris, presbytero diaconoque comitibus ad- 5 *ditis ad custodiendam iuvenis sanctimoniam, longum iter suscepit, cuius media pars triduo absoluta videtur esse, atque summo gaudio a matre fratreque receptus est, sed haud diu optato aspectu illi fruebantur, nam noctu febribus correptus Ionas vehementissime desiderabat, ut quam citissime ad* 10 *monasterium rediret. Quo cum advenisset, abbatem iam in extrema morte positum repperit, qui die* 10. *Martii c. a.* 626. *diem supremum obiit. Erat autem Ionas ministerio Athalae addictus*[1], *quem locum apud Columbanum olim Domoalis et Chagnoaldus occupaverant, epistulaeque ab abbate perlectae* 15 *eidem asservandae tradebantur, sicut Agrestii litterae*[2], *quas post multos annos neglegentia perdidit, atque etiam responsa fortasse scribebat eaque omnia quae in commercio epistularum coenobiali occurrebant scribenda. Electo Bertulfo abbate, idem munus retinebat eratque in ipsius comitatu*[3], *cum pri-* 20 *vilegii causa a.* 628, *mense Iunio, Romam ad Honorium papam ille accessit. Abbas aeger ex Urbe progressus, cum rediens prope Bismantum castrum iam dirutum vi febrium opprimeretur, cumque tensis tentoriis in locis asperis pernoctaret, Ionam arcessivit, curisque officii sui occupatus, de* 25 *vigiliis nocturnis eum interrogavit, cumque omnia iam disposita esse audisset, ante stratum suum per totam noctem ipsum excubare iussit. Etiam cum Eustasio abbate Luxoviensi* († 629) *Ionas conversatus videtur esse*[4], *sive ille Bobium visit, sive, quod malim, ipse Luxovium translatus* 30 *est: monachos enim inter abbates utriusque monasterii commutatos esse ipse testatur*[3]. *Ante Bertulfi obitum et fortasse c. a.* 639. *apud fratres Bobienses commorabatur*[4], *donec ab Amando episcopo adiutor evocatus est, ut in convertendis Francis paganis ipsi assisteret. Mox in Galliam Belgicam* 35 *profectus, prope Elnonem rivum constitisse videtur, eo procul dubio loco, quem monasterium a sancto constructum posteaque ex ipso appellatum occupabat, indeque excurrentes praedicatores gentium per Scarpim Scaldimque lintribus usque ad oceani ora navigabant. Quo in negotio gravissimo minimum* 40 *triennium perseverabat. Praeterea etiam in monasterio Evoriacensi diutius constitisse videtur, ubi virgine quadam de-*

1) *V. Columb. II,* 2. 2) *Ib. II,* 9. 3) *Ib. II,* 23. 4) *Cf. epistulam V. Columbani praemissam.*

functa missarum sollemnia memoriae causa tricesimo die more ecclesiastico celebrabat[1]. *Denique abbas creatus a.* 659. *mense Novembri iussu Chlotharii regis eiusque matris Balthildis ad urbem Cabillonensem missus est, itinerisque labore fessus per paucos dies in monasterio S. Iohannis Reomaensi requiescebat.*

Itaque Ionas monasterio Bobiensi relicto huc illuc passim vagatus est, ubique eo libentius receptus, quo minus litterarum periti in Galliis tunc reperirentur. Desiderio enim eodem, quocumque accessit, ecclesiae monasteriaque tenebantur, vitae scilicet patroni *p. 31. *possidendae, eique rogatus facile satisfecit auctor, de quo agitur. Scarpim adverso flumine navigans ad Atrebatum urbem pervenit, ubi Vedastes episcopus colitur, huiusque vitam, quae auctori saec. VI. ante me attribuebatur, potius Ionae sermone compositam esse tam certis argumentis probavi, ut vel acerbissimi studiorum meorum adversarii quamvis inviti facere non potuissent, quin opusculum incerti auctoris auctori suo a me recte restitutum esse consentirent. Deinde in monasterio Reomaensi commoratus Vitam Iohannis abbatis a.* 659. *condidit, cuius textum primigenium e codicibus erutum princeps edidi. Quibus de vitis cum infra agendum sit, iam ad celeberrimum eiusdem auctoris opus transeamus, Vitam scilicet Columbani discipulorumque eius.*

Fratres Bobienses cum c. a. 639. *reviseret, Ionas iussu Bertulfi rogatuque eorum pollicitus est*[2] *se Columbani patris texturum esse gesta neque vero ante triennium ad solvenda vota pervenit, cum Amando adiunctus fluctibusque agitatus vix otio studioque abundaverit. Interim propositum suum etiam ad discipulos magistri eosque extenderat, qui inter sectatores eiusdem eminere sibi visi erant, neque quae in monasteriis et Bobiensi et Evoriacensi gesta erant miracula singula memoriae tradere praetermisit. Opus abbatibus Luxoviensi Bobiensique, scilicet Waldeberto et qui Bertulfo interim successerat Boboleno, dicatum in duos libros distinxit:* primus, *inquit,* beati Columbae gesta perstringit, secundus discipulorum eius Athalae, Eusthasi vel ceterorum quos meminimus vitam edisserit. *Columbani historiam in priore libri I. parte (c.* 1—17*) usque ad monasteria in Vosago condita perduxit, additis miraculis quae sanctus ibidem patravisset; posterior eaque longior huius libri pars (c.* 18—30*)*

1) *V. Columb. II,* 12. 2) *Cf. epistulam V. Columbani praemissam.*

historiam relegationis novaeque peregrinationis per Alamanniam in Italiam usque ad obitum felicem, i. e. intra paucos annos 607—615. *gesta, comprehendit. Procedente enim tempore fontes eo uberius fluere coeperunt, quo minus de sancti primordiis et conversatione Hibernica abundantia fideque praestabant, perpauca tantum parumque certa, ne dicam fabulosa tradentes. Ionas utriusque monasterii et Bobiensis et Luxoviensis proximos sancti successores et Athalam et Eustasium testes citare poterat atque etiamtunc superstites quam plurimos eorum esse affirmavit, qui miracula apud sanctum patrata et vidissent et ipsi enarravissent*[1]. *Auctores, a quibus miracula acceperat, saepe nominavit, velut qui Columbanum in desertum comitati piscibus capiendis vacaverant, Sonicharium tunc adolescentem adhuc superstitem atque celeberrimum Gallum illum, quocum diutius conversatus videtur esse*[2]. *Theudegisilus digitum in metendo abscisum atque saliva sancti sanatum ei ipse monstraverat*[3], *idemque etiam de morte alterius Columbani, qui una cum sancto ex Hibernia advenerat, ei rettulisse videtur*[4]*: fuerat enim minister illius. Ea quae Winiocus presbyter viderat miracula*[5] *fortasse filius ipsius Bobolenus abbas enarravit. Donatus episcopus Vesontionensis, de cuius origine et familia I,* 14. *rettulit, etiamtunc inter vivos erat. Inter auctores alterius partis, quae maioris momenti est atque etiam ad historiam politicam scribendam materiam utilem affert, primum procul dubio locum Athala et Eustasius occupant, quos Luxovii relictos de causis exilii optime instructos fuisse oportet. E quibus unus ministerio Columbani adiunctus fuerat, alter, scilicet Eustasius*[6], *ipsum in Theudeberti regnum subsecutus miraculum prope Brigantiam patratum rettulit, deinde vice sancti Luxoviense monasterium gubernans iussu Chlotharii legationem illam suscepit, de qua in calce libri relatum est*[7]. *Comes autem itineris illius, quo Columbanus e Theuderici regno *reportabatur, etiamtunc degebat Potentinus*[8], *qui in dioecesi Constantiae urbis monasterium condiderat. Inter clericos ecclesiae Magontiacensis Ionas familiares habuisse videtur, qui ipsum de colloquiis Lesionis*[9] *episcopi certiorem facerent. Denique liberi Chagnerici illius Theudeberti regis convivae, in cuius domo per Meldense territorium proficiscens*

*p. 32.

1) *Cf. epistulam V. Columbani praemissam.* 2) *V. Columb. I,* 11: Haec nobis supra dictus Gallus sepe narravit. *Locus in editione Mabilloniana desideratur.* 3) *V. Columb. I,* 15. 4) *Ib. I,* 17. 5) *Ib. I,* 15. 17. 6) *Ib. I,* 27. 7) *Ib. I,* 30. 8) *Ib. I,* 21. 9) *Ib. I,* 27.

sanctus requieverat, commemorandi sunt, scilicet Chagnoaldus, Burgundofara et sine dubio Burgundofaro. Ex his Chagnoaldus, qui minister Columbani in locum Domoalis[1] *successerat, eius conversationem in deserto Alamannico expertus erat*[2], *et praecipue quae sancto blanditiae per animalia silvestria exhibitae essent, Ionae curioso enarravit*[3], *antequam c. a.* 632/3. *mortuus est.*

Itaque biographus, licet Columbanum ipse non vidisset, tamen de rebus ab eo in Gallia Italiaque gestis per testes oculatos optime instructus esse poterat. Discipulos autem sectatoresque sancti, de quibus in altero libro rettulit, plerosque non solum ipse viderat, sed etiam diutina conversatione expertus erat. Materiam huius libri ita disposuit, ut

c. 1—6. *de Athala abbate Bobiensi,*
c. 7—10. *de Eustasio abbate Luxoviensi,*
c. 11—22. *de miraculis Evoriacensibus,*
c. 23. *de Bertulfo abbate Bobiensi,*
c. 24. 25. *de miraculis a monachis Bobiensibus gestis*

disputaret. Sub Athala monasterio adscriptus ministerioque abbatis adiunctus historiam Bobiensem usque ad a. 628. *per decennium testis oculatus memoriae tradidit, ipseque cum fratrum reliquorum tum sui ipsius testimonium ad confirmanda miracula quaedam attulit*[4]. *Ultimam Athalae visionem per Blidemundum*[5] *monachum cognoverat, moribundo autem abbati ipse adstitisse videtur. Plura primis Bertulfi annis monasterium passum erat, episcopo dioecesano insidias moliente, conatum autem ope Ionae abbas feliciter repulerat. Haec acquisiti privilegii papalis historia ut rei coenobialis cognitioni multam lucem affert, ita accuratam biographi descriptionem pergratam haberi existimamus. In calce libri cum virtutes, quibus monachos Bobienses sub utroque abbate abundare viderat, tum extremos halitus fratrum feliciter decedentium diligenter descripsit; mortis autem Bertulfi mentionem nullam fecit, nisi fallor, quia interim in Galliis vagabatur. Pretiosissimam procul dubio libri alterius partem historia Eustasii efficit. Haec a Burgundofara, de qua in subsequentibus se narraturum esse auctor I,* 26. *promiserat, et ab origine monasterii Evoriacensis incipit; sequuntur expeditiones ad propagandam fidem christianam in Baioarios aliasque gentes factae; denique discordiae Agrestianae fusius relatae. Synodi illius celeberrimae Matisconensis a.* 626/7,

1) *V. Columb. I,* 9. 19. 2) *Ib. I,* 27. 28. 3) *Ib. I,* 17. 4) *Ib. II,* 2. 5) *Ib. II,* 6.

in qua clerus Gallicanus ultima ausus est contra Columbani sectam, quae, nisi vehementer fallor, victori cessit, acta nulla supersunt neque quisquam meminit praeter Ionam nostrum. Qui cum paulo post Luxovium advenisse videatur, memoriam earum rerum etiamtunc recentem repperesat mortique Eustasii (a. 629) fortasse ipse interfuerat, cum pluribus eam descripserit. Denique ad virtutes in monasterio Evoriacensi patratas transeamus, ad quas lectorem auctor (II, 7) his verbis delegaverat: In quo *(scil. monasterio)* quantae virtutes postea factae fuerint, si vita comes fuerit, prosequi nitimur. *Sunt ipso teste signa, quae ad exhortandas vel consolandas virgines Dominus demonstrare dignatus est, inprimis visiones, quas virgines in extremis positae vidisse sibi visae erant, iuvenibus ipsoque creatore apparentibus, caelis apertis, choris angelicis auditis, eaque quae post mortem in cellulis defunctarum vel in ecclesia observata sunt, odoribus suavibus balsamoque redolentibus* **luminibusque visis. Haec miracula ea quam apud virgines Evoriacenses deprehenderat mente parum sana Ionas diligentissime litteris mandavit ipseque obiurgationi eorum iam occurrebat, qui eum 'res non necessarias compilare' iudicarent*[1]. *Certe haec operis pars infimum locum obtinet, etsi negare nolo, ea quae de usu, vita, moribus virginum in monasterio degentium testis oculatus attulit haud parvi momenti esse ad cognoscendum illius aevi non solum ecclesiasticum, sed etiam intestinum rerum statum.*

*p. 33.

Sane, ne auctori iniuriam inferamus, monendum est, vitas sanctorum eo tantum consilio ab ipso compositas esse, ut quomodo a vetustioribus hagiographis[2] *priscorum exempla imitanda suis temporibus praestita essent, ita ipse recentiorum et vitam laudabilem et miracula posteritati ad imitandum proponeret. Consilium igitur adhortativum persecutus est ad profectum perfectorum emendationemque delinquentium. Cum miracula nonnulla evangelicis simillima Columbano attribuerit, eo magis fortasse peccatores exemplo magistri ad perfectionem incitare sibi videbatur.*

Historiae Francorum Ionas ut erat peregrinus non adeo magna peritia praestabat. Columbanum enim, qui vicesimo anno (= 610. p. Chr.) desertum Vosagi reliquerat, eo advenisse statuit Sigiberto regnante, cui duo regna et Austrasiorum et Burgundionum attribuit[3]*; eo autem interfecto in utrumque regnum Childebertum filium successisse*

1) *V. Columb. II,* 16. 2) *Ib. I,* 1. 3) *Ib. I,* 6.

voluit[1]. *Ignoravit igitur Sigiberti dicioni Austrasios solos subditos fuisse sanctumque in Vosagum advenisse circa* 15 *annis post mortem regis; tunc autem Gunthramnum Burgundionum regnum tenuisse idque Childeberto demum regnante Austrasiorum regno accessisse vi pacti Andelavensis. Cum de Sigiberti nece et Childeberti primordiis accurate instructus esset, nisi fallor, e Gregorii Hist. Fr. IV,* 50. 51. *V,* 1, *codicem quem habuit suspicor haudquaquam integrum fuisse, sed sex tantum priores Historiae Fr. libros continuisse, qui classe B continentur. Ea quae de bellis regum Francorum a.* 610—613. *gestis enarravit in universum cum Fredegario conveniunt, qui consensus in hac fontium penuria maximi momenti est; ubi autem discrepant*[2], *ibi fidem chronicorum anteponendam esse censeo hagiographo Italico.*

Situm locorum multipliciter determinare solebat eaque quae ipse viserat optime descripsit. Victoriacum[1] *villam publicam in suburbano Atrebatensis urbis sitam esse non ignoravit, quippe qui haud procul ab ea apud Amandum tunc commoraretur, situsque Vesontionis*[3] *urbis natura fortiter munitus ei notissimus erat. Attamen errore fere inexcusabili Iotrense monasterium 'intra Iorani saltus'*[4] *situm esse credidit, licet ipse haud procul ab eo in monasterio Evoriacensi conversatus esset, et monasterium Sollemniacum 'super fluvium Vincennam'*[5] *posuit, quod re vera rivo eundem influente alluitur, qui Briance appellatur.*

Praeterea de aetate sancti sui biographus toto caelo erravit. Credidit enim Columbanum vicesimum (tricesimum A 4. *B) aetatis annum agentem*[6] *in Gallias advenisse iterumque vicesimo anno Luxovio abscessisse, ita ut circa* 45 *annos natus diem supremum obiisset, neque lectione aliorum codicum medela adhibetur, cum sanctus se ipsum a.* 603. *inter veteranos senesque numeraverit*[7] *eumque ad summam senectutem pervenisse ex carmine ad Fidolium colligatur. Falsa illa opinione deceptus imaginem delineavit a veritate adeo distantem, ut in restauranda ecclesia Bobiensi*[8] *trabes immensi ponderis cum duobus vel tribus sociis humeris suis portasse credi voluerit senem decrepitum.*

Inprimis autem id Ionae vitio dandum est, quod ea quae non recte sensisse patronum suum credidit aut quae de *p. 34. *institutis eius interim immutata erant omnia consulto *praeter-*

1) *V. Columb. I,* 18. 2) *Ib. I,* 24. 29. 3) *Ib. I,* 20. 4) *Ib. I,* 26. 5) *Ib. II,* 10. 6) *Ib. I,* 4. 7) *MG. Ep. III,* 162. 8) *V. Columb. I,* 30.

misit. Itaque quaestionis paschalis, quam causam principalem relegationis sancti fuisse supra demonstravi, in vita eius ne verbo quidem mentionem fecit neque inter obiectationes Agrestii eam admisit; interim enim et Bobienses et Luxovienses ad Victorii cursum paschalem conversi erant, Ionamque ipsum hanc supputationem secutum esse ex V. Iohannis Reom.[1] *colligi licet. Iam aliam ei causam fingere necesse erat, cumque in V. Desiderii legisset, quantae crudelitatis Brunechildis fuisset, eidem totam culpam attribuit: ab ipsa enim contendit regis animum in sanctum instigatum, proceres episcoposque, ut idem facerent, sollicitatos esse. Manifesta haec eius commenta ipsius sancti epistulis, quas ad nos pervenisse gratulamur, facile redarguuntur. Sanctum autem a rege, regina, custodibus lenissime habitum esse, vel ex Ionae narratione intellegitur, unde comparatio ipsius cum Desiderio*[2] *Viennensi risum movet. Suppressit etiam, quomodo in quaestione trium capitulorum opinionem suam sanctus papae opposuisset, dum ipsum non relinquit haeresim Arianam impugnantem*[3]*: Bobienses enim sententia mutata in gratiam sedis apostolicae interim redierant, ut Agrestii communionem cum Aquileiensibus iam improbarent*[4]*. Denique Trebia commemorato Hannibalis quidem quae post pugnam ibi commissam ex hibernis profectus pertulerat damna*[5] *meminit, Romanorum vero notissimam cladem silentio praeteriit, patriae, nisi fallor, amore ductus.*

Exempla Ionas sibi proposuerat vitas sanctorum celebriores, scilicet Antonii auctore Athanasio, Pauli et Hilarionis auctore Hieronymo, Martini a Sulpicio Severo in dialogis descriptam, quos tribus auctoribus Postumiano, Severo, Gallo attribuit, Hilarii, Ambrosii, Augustini auctoribus Fortunato, Paulino, Possidio[6]*. Vitam Desiderii Viennensis auctore Sisebuto et citavit*[7] *et adhibuit*[8]*. Gregorii Historiae Francorum codice classis B ipsum fortasse usum esse supra exposui. Regulam aliaque magistri scripta ritusque Scottorum libros, veluti antiphonarium Benchorense*[9]*, ei praeterea prae manibus fuisse vix commemorare necesse est.*

Auctorum latinorum tantam scientiam Ionas in scholis Bobiensibus sibi paraverat, quantam vix in alio illius aevi

1) *SS. R. Merov. III*, 505. 2) *V. Columb. I*, 27. 3) *Ib. I*, 30. 4) *Ib. II*, 9. *Cf. Hartmann, 'Gesch. Italiens' II*, 1, *p.* 209. 235. 5) *V. Columb. I*, 30. 6) *Ib. I*, 1. 7) *Ib. I*, 27: cuius gesta scripta habentur, quibus et quantis adversitatibus gloriosus apud Dominum meruit habere triumphos. 8) *Ib. I*, 29; *cf. SS. R. Merov. III, p.* 626. 9) *V. Columb. II*, 16.

scriptore deprehenderis. Livii sententiam e libro deperdito depromptam in V. Columb. I, 3 citavit, bellique Punici alterius descriptionem ab ipso lectam esse vidimus. Inter poetas inprimis Vergilium coluisse videtur, cuius et locum citavit[1] *et dictis nonnullis usus est ad sermonem suum exornandum*[2]. *Ex Iuvenci evangeliis versum unum in V. Columb. I, 14 attulit.*

Ipse quoque poetis adnumerandus est. Nam non solum vitam patroni a versibus exorsus est, sed etiam versus die eius festo ad mensam canendos[3] *libro priori subiecit, quibus hymnum*[4] *in eius transitu canendum subdidit, virtutes sancti celebrans. Tria carmina qua arte quibusve praeceptis ordinata sint, me petente examinavit, qui sua artis metricae peritia saepe mihi amicissime succurrerat, Ludowicus Traube. Primum versibus compositum est, qui licet hexametri esse videantur, tamen metri legibus minime coercentur; alterum ex heptasyllabis trochaice desinentibus, quorum locum etiam* *p. 35. *hexasyllabi *occupant, tertium ex octosyllabis iambicis constat*[5], *quae metra inprimis a Scottis colebantur. Unde dubitari licet, quin ad Ionam nostrum carmina iure referantur. Et primum de insula Hibernia re vera alius auctoris esse elocutionemque obscuram nimiumque contortam Scottico potius poetae cuidam tribuendam esse et mihi persuasum est, sed in capite V. Columbani a biographo ipso illud positum esse existimem, qui duos versus extremos addens ad propositum suum transiit. Hos enim a reliquis longe distare L. Traube recte monuisse mihi videtur. Alterum autem carmen tanta sermonis affinitate cum Vita Columbani et inprimis cum epistula prologi loco praemissa cohaeret:*

Carmen II.	*Ionae V. Columbani Ep.*
v. 1. clues	cluant
v. 21. palmaque poma	poma palmarum
v. 24. balsama sudas virga Engaddi,	dites balsami lacrimam ex Engaddi,

1) *Verg. Eclog. I,* 80. *in V. Columb. epistula praevia.* 2) *Verg. Georg. II,* 117 *(Ionae carmen I. post V. Columb.); Aen. IV,* 584 *(V. Columb. II,* 2*), XII,* 829 *(ib. II,* 5*).* 3) *In codice Bruxellensi n.* 7460, *saec. XIII, ad quem Bollandiani, Catalogus Bruxell. I,* 2, *p.* 12, *eos ediderunt, lemma ferunt parum consentaneum:* Laus sancti Galli abbatis in beatum Columbanum rithmice. *Cf. Chevalier, Rep. hymnol. n.* 3335. 4) *Hymnum e codice Einsidlensi n.* 257 *(nobis A* 1a**) edidit F. J. Mone, 'Lateinische Hymnen des Mittelalters' III, p.* 255, *qui poetam Scottorum genti attribuit. Cf. Chevalier l. l. n.* 12299. 5) *Meyer, 'Ludus de Antichristo und über lat. Rythmen' ('SB. der bayer. Akad. der Wissensch., philos.-philologische Classe'* 1882, *p.* 95. 97*).*

ut facere non possim, quin eidem auctori et illud attribuam. Cum denique in tertio virtutes ita enumerentur, sicut in vita ipsa relatae sunt, non est, cur praescriptioni unius codicis B 1b diffidamus, scilicet eam transmittendi fuisse causam, 5 *quod in praecedente auctor eas praeteriisset.*

Sermo Ionae quomodo ex vocabulis floribusque auctorum classicorum compositus sit, alio loco exposui[1]. *Etiam Graecis vocabulis nonnullis utebatur (e. gr.* agapis, reuma*), ut suam quam operose nactus erat ostentaret scientiam litterarum.* 10 *In grammaticis autem parum exercitatus erat, ipseque vitae describendae imparem se in epistula praevia confessus imperitiam eloquii sui excusavit neque 'doctorum gressibus coaequari' voluit, nisi forte hae aliaeque modestiae ostentationes potius ad laudes excitandas spectabant. Iam consue-* 15 *tudinis quam habebat scribendi exempla nonnulla afferam:*

activum part. futuri loco passivi passim,

casus non recte adhibiti, scilicet

acc. loco dat. post detrahere, imperare, oboedire, persolvere, suadere, valedicere,

20 *dat. loco praep.* ab *post* impetrare, poscere, postulare, precari,

gen. loco abl. post ditare, privare,

gen. loco dat. post gratus, incongruus *et post* adunare, commendare, inserere, iungere, praebere, 25 prodesse, subiacere,

coniug. 3. *praes. act. per* -ent: accedent, aient, annent *(= annuunt)*, conpellent, dicent, incolent, poscent, prorumpent, *aliaeque inaequalitates* deferto *(= delato)*, meminisceret *et imperat.* meminiscere, ob- 30 stasset, recollexit, *cetera,*

constructionis ad sensum numerorumque imparium usus frequens,

decl. 4. *dat. sing.* -u *more antiquo:* nexu, portu, sinu, *indeclinabilia* sol *(e. gr.* sol occumbente*)*, vir 35 *(= viri, virum, a viro),*

genera passim inter se permutata

1) *masc. pro fem.:* aegritudo, arbor, cohors, conpes, (h)eremus, frons, gens, natio, ops, salivo *vel* salibo *abl. (= saliva)*, synodus, trabs, villa,

40 2) *masc. pro neutr.:* curriculus, furtum, legumentum, lumen, margaritus, meritus, monasterium,

1) *'Mitth. des Instituts für österreich. Geschichtsforsch.' XIV*, 437.

munus, oppidum, psallentium, rete, salum, solum, vas,

3) *fem. pro masc.:* amor, ardor, auligae (*= aulici*), *gen.* auligum, *acc.* auligas, finis, fomes, fons, fragor, honor, ignis, latex, poples, sapor, truncus,

*p. 36. *4) *fem. pro neutr.:* confectam arvam, corpus, ostia per quas, intra septam, qua scisma,

oratio obliqua frequenter adhibita, praetermisso verbo sentiendi vel declarandi, atque cum directa constanter permista, pronominibus primae et secundae personae (mihi, tibi, te, tuus) *positis neque reflexivis, denique una alterave interrupta, ita ut ex obliqua in directam transitus fiat et vice versa,*

acc. c. inf. post cur, quantus,

praepositiones casui postpositae: se contra, se coram, se inter, semet intra, semet ipsum intra, fine sine.

In tot soloecismis aequum arbitrum sinceri illius auctoris labores non fugient. Sane manifestum est, Ionam sermoni excolendo summam operam dedisse auctoresque classicos diligenter imitatum esse, ita ut vel more Liviano cogitata sanctorum suorum oratione obliqua exponere aggrederetur, neque studiis ipsius successum defuisse conatumque et ipsum laudandum esse, quamvis ad finem non pervenisset. Igitur in eodem auctore et dictiones linguae optimae et exempla pessimae (e. gr. ut ne = *ne,* limitem = *limen) vocabulaque barbara* (barriditas, faciditas, gavisio) *leguntur. Hagiographis posterioribus oratio haec variata artificioque quodam distincta imitanda apparuit, ita ut in multis sanctorum vitis vel multo post conscriptis dictiones Ionae propriae deprehendantur. Sane de litterarum statu in Galliis ex medio saec. VII. aliquo modo revirescente non solum magister optime meritus est, sed etiam biographus ipsius, cui et gloriae partem reservari iustum aequumque esse existumo.*

Eo tempore quo Vitae Columbani librum alterum Ionas exarabat et Honorius papa[1] († 638) *et Dagobertus rex*[2] *et Aega maior domus* († 641) *mortui erant sedique Viromandensi Eligius episcopus praeerat*[3]*; triennio autem, antequam mandatum susceperat, Bertulfus abbas etiamtunc vivebat, quem c. a.* 639. *mortuum esse conieci. Itaque alterum librum verisimile est c. a.* 642. *compositum esse, eodemque auctor Chronicarum quae Fredegarii nomine circumferuntur de*

1) *V. Columb. II,* 23. 2) *Ib. II,* 17. 3) *Ib. II,* 10. *Eligius die* 13. *Maii a.* 641. *consecratus est; cf. Scr. rer. Merov. IV, p.* 638.

Columbano disputans (IV, 36) libri prioris c. 18—20. magnam partem ad verbum exscripsit. Hic autem liber ut ante alterum absolutus sit necesse est, ita seorsum editus esse potest. Eum in capita Ionas satis neglegenter diviserat, nam 5 laterculus capitum praescriptionesque iisdem mendis gravissimis inquinata sunt. Itaque ad Sinilem abbatem Columbanum advenisse in titulo c. 4. contendit, dum potius Commogelli nomen in textu legitur, — in caput enim praecedens aberraverat, — ultimumque c. 30. omnino praetermisisse 10 videtur, cum diversa in singulis codicibus praescripta sint. De fide vero laterculi dubitari vix licet, cum is quem V. Iohannis Ionas praemisit eodem dicendi genere compositus sit. Denique carmina quae librum primum subsequuntur monachis aut Bobiensibus aut Luxoviensibus aut utrisque 15 unumque post alterum ab auctore transmissa esse, ex praescriptionibus codicis B 1b colligitur.

Totum Ionae opus haud multi codices exhibent nullusque ita, ut auctor illud disposuerat, duobus libris distinctum. Vita Columbani in plurimis codicibus optime tradita est; 20 alterum autem librum pauci tantum perfectum continent iique proxima affinitate inter se coniuncti ab haud ita multiplici origine orti videntur esse. Huic libro integre conservando id obstitisse existimem, quod res a compluribus sanctis gestas miraculaque diversis locis patrata in ipso coniunxerat auctor. 25 Ita enim factum est, ut quem quisque maxime colebat sanctum eum sibi eligeret singulasque sanctorum Vitas, scilicet Athalae, Eustasii, Burgundofarae, vel potius miracula Evoriacensia, Bertulfi, librarii seorsum describerent, dissoluto libro. Vita denique Columbani retractationem subiit levem, unde binae 30 codicum classes distinguendae sunt, retractataeque optimi apud Italos asservantur. Codices ita descripsi, ut quae inter singulos uniuscuiusque classis necessitudo intercederet mox inquireretur, dum de ratione atque auctoritate classium descriptis libris dissero.

35 *Eodem fere tempore quo utrique V. Columbani libro recensendo operam dederam solius prioris codices in ipsa sancti patria colligendos, examinandos, digerendos suscepit H. J. Lawlor vir doctissimus, aegre ferens, celeberrimi popularis sui res gestas nondum ad fontes optimos editas 40 esse, atque qua melior rerum ordo praepararetur dissertationem*[1] *anno post publici iuris fecit, quam editio mea*

1) *H. J. Lawlor, 'The Manuscripts of the Vita S. Columbani' ('The Transactions of the Royal Irish Academy, Vol. XXXII, Sect. C, P. I, Dublin, June,* 1903'*).*

lucem aspexit. Cum quantum in his studiis auctor profecisse mihi videatur, in annalibus nostris[1] *fusius exposuerim, iam monuisse satis erit, ipsum eo optime meritum esse, quod in codices Britannicos octo diligenter inquisivit, e quibus tres tantum noti mihi fuerant, hosque aliosque copiosissime descripsit atque multorum librorum specimina phototypica addidit, quae suis locis infra attuli. Interim omnes quos citaverat codices vel ii, de quorum textu certior factus non erat, ita nunc examinati sunt, ut in classes nostras describi potuerint, magnumque eorum numerum adieci, qui ipsum fugerant, atque spero fore, ut vix ullum praetermiserim, qui in catalogis editis enumeratur.*

A 1*a) Codex Sangallensis n.* 553, *formae octavae, p.* 227, *a pluribus librariis saec. X. in. exaratus, e duabus partibus constat, quarum prior Columbano discipulisque eius, posterior S. Gallo*[2] *dicata est, atque etiam in priore duo librarii distinguendi sunt, cum liber II. haud ita multo post accessisse videatur. Utrumque V. Columbani librum ita dispositum codex exhibet:*

*p. 37. **p.* 2—118. *V. Columbani cum carminibus, quorum alterum folio exciso imperfectum est,*

p. 119—132. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

p. 132—139. *V. Bertulfi (II,* 23*),*

p. 139—150. De monachis Ebobiensibus *(II,* 24. 25*), subsequente subscriptione:* Explicit libellus de vita sanctorum patrum Columbani, Atalae, Bertolfi vel monachorum eorum.

Alterius igitur libri pars media desideratur (II, 7—22*), scilicet V. Eustasii cum miraculis Evoriacensibus, cum codex ad solos Bobienses abbates monachosque spectet. Liber primus a librario paulo vetustiore admodum accurate exaratus est, isque in describendo non defecit nisi raro, plura scilicet in primis paginis menda committens quam in posterioribus. Textus postea correctus est, scriptura primigenia erasa, atque eiusmodi lectiones initio satis multae paulatim rarescunt. Sunt autem a pluribus librariis illatae, e quibus unus fere aequalis atramento fusciore, posteriores pallidiore usi sunt.*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. I.

Eaedem lectiones multoque plures eiusdem generis in codicibus nonullis libro primario A 1*a satis propinquis occurrunt, cumque interpolatoris manu exarata hic exhibeat voca-*

1) *'N. Arch.' XXIX, p.* 445—463. 2) *Scr. rer. Meroving. IV, p.* 240.

bula aliena aliaque quae in textum illi admittunt, disceptandum erat, utrum illorum proavus ex hoc ortus an hic cum exemplari quodam (A 1a^x*) deteriorum librorum postea collatus esset ad textus utriusque propinquitatem adhuc* 5 *augendam. Etsi illam opinionem lectiones confirmare videntur tales quales infra collegi:*

I, 7. orationum medicamine] orationū *et versu ineunte* menta *pr. m. A* 1*a;* o. adiumento *A* 1*a (m. al.). a*. (a**); sed* o. medicamento *A* 1*b*;*

10 *I,* 14. etiam] *om. A* 1*a (versu exeunte). a*. (a**),*

haec tamen multo pluribus comprobatur:

I, 17. derelictum] *A* 1*a*. (a**) cum rell.; versu exeunte om. A* 1*a;*

I, 18. Columbanum] *A* 1*a*. (a**) cum rell.; om. A* 1*a;*

15 *I,* 19. Dei] *A* 1*a*. (a**) cum rell.; om. A* 1*a;*

ib. ingressusque] *A* 1*a*. (a**) cum rell.;* que *om. A* 1*a;*

I, 20. omnium] *A* 1*a* cum rell.; om. A* 1*a.*

Exemplar unde A 1*a*. a** pendent (A* 1α*) ut permultas lectiones peculiares exhibebat, quae reliquis codicibus non* 20 *confirmantur, ita mendis nonnullis immune erat, quibus liber A* 1*a inquinatus est. Praeterea inter hunc et illud necessitudo intercedebat maxima. In utroque* medica *ante* mento *(I,* 7*) periit, quod versu ineunte excidit in A* 1*a perditumque coniecturae* adiumento *causam dedit in A* 1α*, dum* 25 medicamento *in A* 1*b* etiamnunc legitur. Item* incurre *vocabulum imperfectum pro* incurrere *(I,* 20*) et in A* 1*a (pr. m.) et in A* 1*a* adhuc extat. Ad familiam A* 1α *etiam ille codex pertinebat, quo interpolatores libri A* 1*a usi sunt, scilicet A* 1a^x*, atque ex his quos habemus fratribus eius* 30 *consanguineis eidem A* 1*a** similior erat quam A* 1*a*:*

I, 4. venturo] *A* 1*a (pr. m.). a*;* futuro *A* 1*a (m. al.). (a**);*

ib. mitemque salum] *A* 1*a (pr. m.);* mitique salo *A* 1*a*;* et mite salum *A* 1*a (m. al.). (a**);*

35 *I,* 6. dirutum olim] *A* 1*a (pr. m.). a*;* o. d. *A* 1*a (m. al.). (a**);*

I, 10. teneri] *A* 1*a (pr. m.);* tenere *A* 1*a*;* continere *A* 1*a (m. al.). a**;*

I, 21. infit] *A* 1*a (m. al.). (a**);* inquit *A* 1*a (pr. m.). a*;*

40 *I,* 22. adunare] praecipit *add. A* 1*a (m. al.). (a**) (non A* 1*a*);*

I, 27. Chagnoaldum] *A* 1*a (pr. m.). a*;* Magnoaldum *A* 1*a (m. al.). a**: item infra*

I, 28. Merv[illegible]ngum] *recte A* 1a^{*}; Mę(e)rungum *A* 1*a* (*m. al.*). a^{**}.

Vel textus primigenii libri A 1a *menda nonnulla in A* 1a^{**} *deprehenduntur, quibus A* 1a^{*} *vacat:*

I, 4. victoria] *A* 1a^{*} *cum rell.*; victoriis *A* 1*a*. (a^{**});
I, 14. nunc usque] nunusque *A* 1a (*pr. m.*); numusque *A* 1a^{**} (*pr. m.*);
I, 16. decurrebat] *A* 1a^{*} *cum rell.*; recurrebat *A* 1*a*. (a^{**});
I, 17. preconantis] *A* 1a^{*} *cum rell.*; preconcinantis *A* 1*a* (*pr. m.*); preconcinentis *A* 1a (*m. al.*). (a^{**});
I, 27. Vodano] *A* 1a^{*} *cum rell.*; Vadono *A* 1a. (a^{**});
ib. autumant] esse *add. A* 1a (*? pr. m.*). (a^{**}).

At liber A 1a^{**} *veram lectionem servavit, labente A* 1a^{*} *aut cum A* 1*a aut cum A* 1*b*:

I, 12. tempore] *A* 1a^{**} *cum rell.*; tepore *A* 1*a*. a^{*};
I, 28. administras] *A* 1*a*. a^{**} *cum rell.*; administrans *A* 1a^{*}. *b*.

In universum idem liber haud pauca solus exhibet vocabula interpolata, veluti coniunctiones autem, ergo, *crebro quoque verba transposito ordine collocat:*

I, 11. sancto] *A* 1*a*. a^{*}; vir Dei *A* 1a^{**};
ib. retem] et rete *A* 1a (*m. al.*). a^{*}; reteque *A* 1a^{**};
ib. retro] *A* 1*a*. a^{*}; retroque *A* 1a^{**};
ib. reversus] autem *add. A* 1a^{**};
ib. patri renuntiat] r. p. *A* 1a^{**};
ib. est rete impletum] i. est r. *A* 1a^{**};
I, 12. Morabatur] autem *add. A* 1a^{**};
ib. Cognovit] ergo *add. A* 1a^{**};
I, 13. Inruebant] autem *add. A* 1a^{**};
I, 17. Quomodo] *A* 1a (*m. al.*). a^{*}; *add.* autem *A* 1a^{**};
ib. imperio] *A* 1*a*. a^{*}; *add.* non est silendum *A* 1a^{**},

atque versus barbari I, 2, *sicut in A* 1a *inde a quinto ad septimum decimum manu interpolatoris saec. X. deleti sunt, verbis margini appositis his:* hinc dimitte usque ipsum signum, *ita in illo desiderantur*[1], *qui integri leguntur in A* 1a^{*}. *Hunc igitur manifestum est meliore fide excellere, cumque textum totius familiae auctoritate non pollere nisi mediocri infra probaturi simus, libro deteriore carere poteramus, praesertim cum eum pervolvi non liceat nisi in ipsa bibliotheca satis remota. Lectiones vero eiusdem pleras-*

1) *Lawlor l. l. p.* 62.

que per editorem Bedanum compertas habemus, quem eodem aut persimili exemplari usum esse primus monui, hasque uncinis inclusas distinxi; nonnullas ex Lawlori libro didici, paucas litteris datis ab Edmondo bibliothecario accepi.

A $1a^{*}$*) Codex* Einsidlensis *n.* 257, *saec. X, de cuius fatis SS. R. Merov. III,* 629, *disserui, p.* 237—296, *V. Columbani cum carminibus continet, sed laterculus capitum spatio relicto desideratur.*

A $1a^{**}$*) Codex bibliothecae* Lindesianae *n.* 101, *saec. X, fol.* 42, *a matrona Rylands (Longford Hall, Stretford prope Mancunium) nuper acquisitae, erat inter libros quos Libri ille famosae memoriae olim collegerat, cumque bibliotheca ipsius a.* 1859. *ad hastam accederet, a W. et T. Bateman emptus est, deinde in armaria comitis Crawford* [1] *in vico Haigh Hall prope Wigan (Lancashire) asservata a.* 1893. *transiit, tum in possessionem dominae venit quam dixi. Praetermissa epistula codex in laterculo capitum fol.* 1'. *incipit:* IN NOMINE DNI INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SEQUENTIS, *dum praescriptiones capitum desiderantur, neque quicquam continet praeter librum I.*

Scripturae specimen (c. 1*) Catalogus bibliothecae Librianae (tab. XXI.) exhibet teste H. J. Lawlor, qui p.* 6. *codicem minutissime descripsit.*

A $1a^{***}$*) Codex* Engelbergensis *monasterii n.* 2 *(antea n.* 1/4*), saec. XII, fol.* 251'—264', *V. Columbani una cum laterculo capitum exhibet atque in praescriptione eadem verba ad libri auctorem spectantia reperiuntur quae in A* 1*a, scilicet* [2]*:* qui de vita atque virtutibus sancti Columbani abbatis a Iona quondam praeceptore editus est, *neque vero cum genuino huius libri textu convenit sed cum correcto, ita ut finis c.* 17*:* Quomodo bestiae *incipiat. Mendis et libri A* $1a^{*}$ *nonnullis hic codex immunis est:*

I, 17. homines] *A* $1a^{***}$ *cum rell.;* hominum *A* $1a^{*}$;
ib. suoque] *A* $1a^{***}$ *cum rell.;* et suo *A* $1a^{*}$

et libri A $1a^{**}$ *caret interpolationibus, minime addens post* imperio *(c.* 17*) verba* non est silendum.

De V. Bertulfi quae praeterea libro inest v. infra A $1b^{9}$.

Inspexit P. Gregorius Iacober O. S. B., monasterii bibliothecarius, vir reverendissimus.

1) *Cf. R. Priebsch, 'Deutsche Hss. in England, Erlangen'* 1896, *I, p.* 189; *K. Hampe, 'N. Arch.' XXII, p.* 699. 2) *Cf. B. Gottwald, Catalogus codicum mss. Engelbergensium,* 1891, *p.* 6. 11.

A 1*a*†) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Addit. mss. n.* 10933, *saec. XV, fol.* 110—120, *V. Columbani una cum epistula et laterculo capitum sed absque carminibus continet, singulisque partibus praescripta subscriptaque sunt haec:*

Incipit prologus in vitam sancti Columbani abbatis — Explicit prologus.

Incipiunt capitula — *(des. in c.* 29*)*. Explicit de capitulis.

Incipit vita sancti Columbani a Iona quondam preceptore edita — Explicit vita sancti Columbani abbatis.

Capita numeris quidem distincta sunt, sed praescriptiones desiderantur. Versus barbari c. 2. *in hoc libro ita perturbati leguntur sicut in reliquis primae classis codicibus:*

v. 3. 4. lux undarum in immanes — — latebras et occiduas — — in umbras,

atque plerumque lectiones eius cum A 1*a**. *a*** *et correctore codicis A* 1*a conveniunt:*

c. 17. *ex.* Cui sic] Quomodo,
c. 20. Nam et hiis usque perduxit. inter quos primus Ragamundus erat. Qui cum un.,
c. 22. filo] chilos,
ib. excubasse exubias] excubias redisse.

Librarius dum Chagnoaldum in Magnoaldum c. 27. *cum A* 1*a*** *et corr. A* 1*a mutat, praeterea magis cum A* 1*a**** *concordare videtur quam cum reliquis solusque c.* 17. egredientem *exhibet pro* exeuntem.

A 1*b) Codex Bruxellensis n.* 8518—20, *saec. X, antea Molsheimensis, tum Musei Bollandianorum Antverpiensis* († *ms.* 86*), continet*

fol. 1—33′. *V. Columbani cum carminibus initio mutilam, cum duobus quaternionibus deperditis textus a verbis* [ve]hunt. At ille cur inquit *(c.* 11*) incipiat neque quae initio extant folia bene conservata sint,*

fol. 33′—43′. *V. Eustasii (II,* 7—10*),*

fol. 43′—58′. *V. Burgundofarae (II,* 11—22*),*

fol. 58′—67. *V. Bertulfi cum miraculis Bobiensibus (II,* 23—25*), cui verba* silentia — corde me *(II,* 23*) desunt, cum folium excisum sit.*

Libro igitur alteri sola V. Athalae (II, 1—6*) deest. Scripturae specimen dedit Lawlor tab. V.*

A 1b) Codex* Heidelbergensis *universitatis inter libros monasterii B. Mariae in Salem n.* 9, 21, *saec. XIII, praetermissa V. Athalae, eadem fere atque liber praecedens exhibet, sed liber primus integer ibi conservatus est neque* 5 *desiderantur nisi carmina laterculique capitum utriusque libri.*

Fol. 2—19. *V. Columbani textus arta quidem necessitudine cum A* 1b *coniunctus est, omittens*

I, 22. communem, *I,* 28. clericatus,

immutansque haec:

10 *I,* 11. laboravit] laborabat *A* 1b. *b*;*

ib. vade cito] cito vade *A* 1b. *b*;*

I, 14. praefectus] factus *A* 1b*; actus *A* 1b;

I, 26. abdicavit] Deo dicavit *A* 1b. *b*,*

sed ex ipso minime pendet, supplens hiatus complures codicis 15 *vetustioris. Locum *Chagnoaldi Magnoaldus ille fabulosus* *p. 38. *iam occupavit, initiumque c.* 17, *verba scilicet* Cui — imperio, *desiderantur.*

Fol. 19—23. Incipit vita sancti Eustasii abbatis *(II,* 7—10*).*

20 *Fol.* 23—29. Incipiunt revelationes, que in cenobio Burgundofore abbatisse vise sunt *(II,* 11—22*).*

Fol. 29—32′. Incipit relatio de beato Bertholfo abbate in Bobio et quorundam fratrum miraculum ibidem *(II,* 23—25*).*

25 *Codex comparatus cum A* 1b *multis vitiis laborat, quamque hic praebet accuratam exemplaris vetustioris imaginem, in eo frustra quaeras. Vocabula enim ibi saepe alia transposita, alia omissa aut pro aliis alia substituta sunt, pro* enim, ergo, que *e. gr.* vero, igitur, itaque, *multasque et* 30 *graves interpolationes cum in reliquis partibus et I. et II. libri tum maxime in V. Bertulfi (II,* 23*) codex passus est, quibus rationes rerum planius expedirentur. Ultimi denique capitis textus (II,* 25*) adeo in breve coactus est, ut partim conferri nequiret.*

35 *A* 1b[1]*) Codex* Bruxellensis *n.* 7984, *saec. X, olim Weissenburgensis, deinde Molsheimensis, tum Musei Bollandianorum Antverpiensis (P. ms.* 20*), ipsam quae in codicibus praecedentibus desideratur Vitam Athalae fol.* 67′—71′. *continet ex fonte optimo depromptam.*

40 *Codices subsequentes A* 1b *solius alterius libri partes continent, plerique scilicet praeter V. Eustasii (II,* 7—10*) finem libri (II,* 11—25*), ita ut a miraculis Evoriacensibus V. Bertulfi minime distincta sit, sed haec illa in eodem*

versu excipiat, subiuncta clausula: Explicit vita sanctae (sanctae *om.* *A* 1*b*^{4}) Burgundafor(a)e virginis *A* 1*b*$^{3.4}$. *In recentiore quodam libro A* 1*b*^{5} *potius V. Athalae (II,* 1—6*) cum Eustasii coniuncta est, exscripta e codice persimili A* 1*b*^{1}, *omniaque quae hoc aut illis continentur legendaria magna comprehendunt, scilicet praeter Arinsteinense A* 1*b*^{6} *eiusque gemellum A* 1*b*^{7} *Austriaci illius exemplaria nonnulla (A* 1*b*^{4a}*). Quae inter hos codices plenioresque A* 1*b.b** *intercedat necessitudo, ex locis his colligitur:*

II, 7. regebat] *rell.;* recepit *A* 1*b*$^{2.4.5.6}$ *cum A* 1*b.b***;*
ib. pro communi] *A* 1*b*^{6} *cum rell.;* pre cum *A* 1*b*$^{2.4.4a}$ *cum A* 1*b.b***;*
ib. arrepti] aperti *A* 1*b*$^{2.4.5.6}$ *cum A* 1*b.b***;*
ib. patre matreque] patre et matre *A* 1*b*$^{2.3.3^{*}.4.5.6}$ *cum A* 1*b.b***;*
iam] vita (vitae *A* 1*b*^{6}*) A* 1*b*$^{2.3.3^{*}.4.6}$ *cum A* 1*b.b***;*
II, 11. ut omnes — vitae exitum] *om. A* 1*b*$^{2.3}$ *(pr. m.).*$^{4.6}$ *cum A* 1*b.b***;*
II, 25. patratas virtutes] paucis (pausis *A* 1*b*^{9}*;* ca *A* 1*b*$^{6.7}$*) A* 1*b*$^{2.3.4.4a.6.7.9.10}$ *cum A* 1*b. b**.

Perpauca tantum menda codicum A 1*b.b** *in exemplari non redibant, ex quo breviores pendent omnes.*

A 1*b*^{2}*) Codex Turicensis bibliothecae urbanae C,* 10, *i, formae maximae, saec. X. ex., olim monasterii Sangallensis, cuius arma intus adhuc videntur, nisi fallor, passionarium illud maius est, cuius librarius saec. X. in calendario codicis Sangallensis n.* 566. *mentionem fecit, adnotans, quem quaeque vita codicem bibliothecae monasterii occuparet* [1]. *Ut codices Sangallenses in universum traditionem meliorem libris Bavaricis Austriacisque exhibent, etsi Gallicos aequiparare nequeunt, ita et hic subsequentibus anteponendus est, quare doleo, quod absoluto demum tertio SS. R. Meroving. volumine in eum incidi, neque vero textus primi ordinis ei insunt nisi pauci atque ad Ionae opera recensenda codex inutilis est, melioribus libris extantibus, unde eum non contuli. Iam singulas quas continet vitas ad propositum nostrum spectantes enume-*

1) *Omnes passionarii maioris vitae in A* 1*b*^{2} *adsunt, excepta V. Athalae, de qua librarius codicis* 566. *haec adnotavit:*
6. Id. Mar. Attale confessoris in passionario maiore [*addente m. al.:* libro sancti Columbani], *eaque re vera in libro Columbani (= cod.* 553, *nobis A* 1*a) legitur. Codex in catalogo a.* 1712. *Turicum translatorum neque redditorum librorum Sangallensium ita descriptus est:* Martyria plurimorum sanctorum, *quo nomine etiam Weidmannus, 'Gesch. der Bibliothek von St. Gallen' p.* 433, *coniecit passionarium maius intellegi.*

rare visum est, quibus numeros ordinis adscripsi, quem in codice occupant; folia enim minime numerata sunt.

Fol. 1'. Incipiunt capitula sequentis libri.

I. Vita sancti Areleffi abbatis et presbyteri, cuius
5 depositio Kal. Iulias celebratur. — —

XXXIII. Epistola de sanctis pueris septem dormientibus.

Laterculus capitum vetustus imperfectus est, foliis deperditis, eademque de causa V. Carileffi initio caret. *p. 39.

10 *I. V. Carileffi a verbis* refugii fugiens *(SS. R. Meroving. III,* 391, 23*), cui eadem verba atque codici Bruxellensi n.* 7984 *(=* 1*) desunt p.* 393, 11. 19. *Cf. SS. R. Meroving. IV, p.* 769.

II. Incipit vita sancti Eustasii discipuli sancti
15 Columbani abbatis (et aliorum condiscipulorum eius *postea add.*). — — Explicit vita beati Eustasii *(II,* 7—10*). Textui II,* 9. *eadem verba desunt atque A* 1*b**, *dum maiore hiatu laborat A* 1*b:*

Cain qui *om. A* 1*b*² *cum A* 1*b**; Cain qui fratrem
20 zelo velit extinguere, vel etiam novum *om. A* 1*b.*

III. Incipit vita beatissimae Burgundaforae. — — Explicit vita sc(i Eustasii et aliorum discipulorum beati Columbani abbatis *in litura scr.*) *(II,* 11—25*).*

XI. Incipit passio Floriani martyris, quod est IIII.
25 Nonas Maias. *Codicem signo A* 2*a distinxi in altera huius Passionis editione, 'N. Arch.' XXVIII, p.* 366 *sqq., ubi de ipsius ratione plura invenies.*

XIV. V. Servatii II, ed. SS. R. Merov. III, 89 *(similis codd.* 1; *cf. ib. tom. IV, p.* 766*).*

30 *XX. V. Medardi, ed. Auct. antiq. IV,* 2, 67 *(similis cod. Vindob. n.* 430, *s. XI), quam Fortunati carmen II,* 16. *insequitur una cum hymnis duobus, quos publici iuris fecit P. de Winterfeld, 'Ein Hymnus König Chilperichs' ('Zeitschr. f. deutsch. Alterth.' XLVII, p.* 73 *sqq.).*

35 *XXII. V. Aviti, ed. SS. R. Merov. III,* 383 *(similis codd. A* 1; *cf. ib. tom. IV, p.* 768*).*

XXV. V. Germani Paris., ed. Auct. antiq. IV, 2, 11 *(similis cod. Trev. n.* 1151*).*

XXXVII. V. Arnulfi, ed. SS. R. Merov. II, 432
40 *(similis cod. Vindob. n.* 430*).*

XLII. V. Lupi, ed. SS. R. Merov. III, 120 *(similis cod.* 1*a).*

XLIIII. V. Germani Autissiod. auct. Constantio (cf. 'N. Arch.' XXIX, 104*).*

LI. Acta Afrae, ed. SS. R. Merov. III, 55 *(similis cod. A* 1*a; cf. ib. tom. IV, p.* 764*).*

LIII. V. Gaugerici, ed. SS. R. Merov. III, 652 *(similis Bruxell. n.* 7984 = 2*a; cf. ib. tom. IV, p.* 774*).*

LV. V. Radegundis auct. Fortunato, ed. SS. R. Merov. II, 364 *(similis codd.* 3*).*

LXII. Passio Iuliani, ed. SS. R. Merov. I, 879.

LXXXI. V. Aniani, ed. SS. R. Merov. III, 108 *(optimus e codd.* 4*; cf. ib. tom. IV, p.* 767*).*

LXXXVIIII. V. Landeberti Traiectensis.

XC. V. Eligii liber I, praefatione destitutus, bonae notae (nobis 1*a; cf. SS. R. Merov. IV, p.* 657*).*

XCI. Homilia in S. Eligium imperfecta, folio paenultimo exciso.

Codex igitur fere ubique affinitate coniunctus est cum iis quos adhibueram libris Bruxellensi n. 7984, *Vindobonensi n.* 430, *Monacensibus n.* 18546_{2} *et* 22240—44, *Treverensi n.* 1151.

A $1b^{3}$*) Codex* ***Monacensis*** *n.* 18546 *(Teg.* 546. 2*) saec. X. et XI. a pluribus librariis exaratus, inter cetera haec continet:*

.fol. 78′—90′. *V. Eustasii (II,* 7—10*) saec. X/XI. scriptam, cui m. s. XI. praefationem interpolatam (fol.* 78′ —81′*) praefixit, folio exciso, ita ut textus vetustior a verbis II,* 7. (Leu)degundę nomine christiana *iam incipiat,*

fol. 116′—135′. *alteram libri secundi partem (II,* 11 —25*), his, verbis praescriptis:* Incipiunt miracula, quae gesta sunt in monasterio virginum, quod est Evoriacis. Incipit vita Burgundafore virginis, quod est III. Nonis Aprilis.

A $1b^{3*}$*) Codex* ***Monacensis*** *n.* 22240, *saec. XII, legendarii Windbergensis volumen I, fol.* 146—150′. *V. Eustasii ex libro praecedente exscriptam exhibet, dum V. Columbani liber I. ex altero exemplari pendet; v. infra B* 1e.

A $1b^{3**}$*) Codex* ***Monacensis*** *n.* 21551 *(Weih.-Steph. n.* 51*), saec. XII, olim S. Stephani Wihenstevensis, fol.* 124′ —131′. Incipit vita beatissimae Burgundaforae virginis, quae est quarta Nonas Aprilis *(II,* 11—22*), fol.* 131′— 136. *V. Bertulfi (II,* 23—25*) absque praescriptione, nisi quod manu aequali margini inferiori adscripta sunt:* Vita s. Berhtolfi abbatis Bobiensis coenobii, *fol.* 136—140′. Incipit vita sancti Eustasii discipuli sancti Columbani abbatis, cuius depositio IIII. Non. April. colitur *(II,* 7

—10*), scilicet textus integer, sicut in A* 1*b*[4], *cui in A* 1*b*[3] *m. s. XI. demum praefatio interpolata accessit. Ultimam vitam haud recte in calce collocatam esse librarius non multo posterior intellexit, V. Burgundofarae praescribens:* Hic in-
5 seratur vita s. Eustasii abbatis, quam in sequentibus invenies, *Vitae vero Eustasii haec subiciens:* Hic vita s. Burgundaforae subiungatur.

A 1*b*[4]*) Codex Vindobonensis n.* 430 *(Salisb.* 404*), saec. XI,*

10 *fol.* 76′—83. *V. Eustasii praefatione interpolata non auctam (II,* 7—10*),*

fol. 83—98′. *alteram libri secundi partem (II,* 11—25*) (praescr.* Incipit vita beatissimae Burgundafore virginis, quod est III. N. April.) *continet.*

15 *A* 1*b*[4*]*) Codex Vindobonensis n.* 339 *(Salisb.* 11*), saec. XIII, olim bibliothecae capituli metrop. Salisburgensis, p.* 134—143 *(praescr.:* Incipit vita beate Burgundafori virginis*) sola Miracula Evoriacensia (II,* 11—22*) continet, textum scilicet praecedenti propinquum (II,* 11. facibus *pro*
20 facilius = *A* 1*b*[4] *et pr. m. A* 1*b*[3]*), cui verba II,* 13. inter sexuum *usque ad II,* 14. *in.* cum extremos *desunt, versu non interrupto. Praescriptiones desiderantur neque capita distincta sunt.*

A 1*b*[4a]*) Codices monasterii S. Crucis in inferiore*
25 *Austria prope Baden siti n.* 11 *et* 12, *saec. XII. ex., scilicet legendarii magni Austriaci volumina I. et II, dum ultimo liber prior inest infra enumerandus (B* 1e[1]*), libri posterioris partes omnes exhibent ita dispositas:*

n. 11, *fol.* 167—169, *V. Athalae,*

30 *n.* 11, *fol.* 243′—245′, *V. Eustasii non interpolatam,*

n. 12, *fol.* 8—12′, *Miracula Evoriacensia cum V. Bertulfi* [1].

Lectiones huius familiae propriae et in V. Eustasii (II, 7. Evenit autem, ut p̄cum necessitate*) et in V. Bertulfi*
35 *(II,* 25. *ex.* qui huius fidei paucis non credit*) occurrunt, neque vero in V. Athalae menda ea deprehendimus, quibus libri A* 1*b*[1] *et A* 1*b*[5] *inquinati sunt (II,* 1. *neque* alienis *pro* abenis *neque* animo *om.).*

1) *Haec omnia etiam Zwettlensi n.* 13. *et n.* 24, *saec. XII/XIII, et*
40 *Admuntensi n.* 25. *et n.* 24, *saec. XIII, legendarii illius exemplaribus continentur, quibus Mellicense M.* 4, *alias* 674, *saec. XV, accedit, V. Athalae destitutum, dum sola prior pars (ad II,* 9. obicerent*) Campililiensi n.* 59, *saec. XIII, inest. De magno illo legendario Austriaco quae attuli ea ex dissertatione diligentissima deprompsi, quae inter*
45 *Analecta Bollandiana, tom. XVII, extat, ab A. Poncelet composita.*

Inspexit P. Iohannes Urban, doctor, vir reverendissimus ord. Cisterc.

A 1*b*[4b]) *Codex Vindobonensis n.* 336 *(Hist. eccl.* 5*), saec. XIII. in., legendarii eiusdem pars menses Aprilem, Maium, Iunium continens, fol.* 10—13' *(praescr.:* Vita s Burgun|dare virginis) *Miracula Evoriacensia (II,* 11—22*) exhibet, quae versu non interrupto V. Bertulfi (II,* 23—25*) fol.* 13'—16. *excipit.* 5

A 1*b*[5]) *Legendarium S. Maximini Trevericum saec. XIII, cui etiam V. Columbani liber I. inest (v. infra A* 3*), *praeterea priorem libri II. partem continet, scilicet* 10

*p. 40. *volumine altero, codice Treverico bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. Loc.* 453 *(antea n.* 962*),*

fol. 71. 72. *V. Athalae (II,* 1—6*) non integram, cum verba II,* 1. beatum Athalam venire velle — *II,* 4. ut potuero *medio in versu exciderint,* 15

quarto autem volumine Num. Loc. 455 *(antea n.* 964*),*

fol. 52'. *V. Eustasii non interpolatam (II,* 7—10*).*

A 1*b*[5*]) *Codex Trevericus bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1376, *Num. Loc.* 141 *(antea n.* 578 *et* 394*), chartaceus, saec. XVI. in. exaratus, olim monasterii S. Mathiae extra muros civitatis, fol.* 27'—29'. *V. Columbani II,* 1—6 *(praescr.:* Incipit vita sancti Athali abbatis a Iona monacho conscripta*) exhibet, hians eodem loco atque liber praecedens, verbis quae modo dixi medio in versu omissis.* 20 25

A 1*b*[5**]) *Codex Londiniensis Musei Britannici, Harley n.* 3597, *anno* 1475. *per monachum quendam dioeceseos Trevericae exaratus, qui haec fol.* 200'. *intulit:* Scriptum per me fratrem Oiswaldum de Welschpilch a. D. milesimo CCCC septuagesimo quarto secundum stilum Treverensem quinto Kalendas Marcii. Qui legit, emendet, scriptorem non reprehendat, *olim 'monasterii beatae Mariae ad Martyres prope Treverim super litus Mosellae', fol.* 162—166', *V. Eustasii exhibet e codice depromptam fortasse A* 1*b*[5] *similique A* 1*b*[6], *quibuscum ad amussim consentit, textumque ipsius raro ab hoc distingui licet veluti* 30 35

II, 7. iam superis] ab hi(i)s *A,*1*b*[5]. *b*[5**]; vitae ab his *A* 1*b*[6]. *Magnoaldus in locum Chagnoaldi II,* 8. *substitutus est.*

A 1*b*[6]) *Codices Londinienses Musei Britannici inter Harleianos n.* 2800—2801, *saec. XIII, scilicet passionalis monasterii S. Mariae et S. Nicolai Arinsteinensis (hodie Arnstein) in dioecesi Treverica siti tomi duo, alterum Ionae librum hoc ordine exhibent:* 40

n. 2800, *fol.* 216'—219'. *V. Burgundofarae (II,* 11—22*),*
ib. *fol.* 219'—221'. *V. Bertulfi (II,* 23—25*),*
ib. *fol.* 245'—246'. *V. Athalae (II,* 1—6*),*
n. 2801, *fol.* 10'—12'. *V. Eustasii (II,* 7—10*).*

5 *Tomo primo gesta sanctorum inesse dicuntur a Kal. Ian. usque ad VI. Id. Iun. Singulis V. Columbani partibus praescripta sunt haec:* Incipit vita sanctae Burgundoforae virginis gloriosae, *V. Bertulfi nihil,* Incipit vita beati Athali abbatis, Incipit vita sancti Eustasii confessoris. *Textus* 10 *V. Athalae et Eustasii arta necessitudine cum altero legendario Treverico A* 1*b*[5] *coniunctus est:*

II, 1. ergo] *om. A* 1*b*[5. 6]*;*
II, 1. postposita faleramenta saeculi *(*s. *om. A* 1*b*[1. 5]. *B* 1*a)*] postpositis faleramentis mundi *A* 1*b*[6]*;* 15 postposita fallerameta *(om.* saec.*) A* 1*b*[5]*;*
II, 7. dudum] nomine *add. A* 1*b*[5. 6]*;*
ib. Pipimisiacum dicitur] cum antea villa Pipinusi (Pipimisi *A* 1*b*[6]) diceretur *A* 1*b*[5. 6],

neque vero hiatu illo (II, 1—4*) laborat, quo hoc inquinatum* 20 *esse dixi. Etiam Vitam Burgundofarae ex exemplari eiusdem generis pendere ex lectionibus his concludi licet:*

II, 11. ut — exitum] *om. A* 1*b*[6] *cum A* 1*b;*
II, 12. cum se angi puella cerneret] angelica puella *A* 1*b*[6]*;* cerneret *om. A* 1*b;*
25 *ib.* ecclesiastico] pristino *A* 1*b*[6]*;* rustico *A* 1*b;*
II, 13. Cumque — privaret] *om. A* 1*b*[6] *cum A* 1*b,*

dum multa codicis A 1*b menda in hoc libro minime redeunt. In universum vero textus ibi admodum immutatus est atque cave, ne eiusmodi lectionibus ullam fidem tribuas, e. gr.*

30 *II,* 19. Iam mensis fluxerat, ex quo defuncta corp. condita fuerant, repperitque interius,
II, 22. et fecis quae ex cervisae reliquiis] et quae ex ceterarum reliquiis,
II, 25. *ex.* aut sint — credit] aut sint aut non sint 35 recipienda, qui non talia abnuit, ac non abicienda sunt, quae huius fidei canon credit.

Legendarium cum Treverico vel eo convenit, quod quae tomo tertio (n. 2802*) inest V. Columbani ex altero exemplari pendet, ideoque sicut illud ita etiam hoc bipartiri necesse erat* 40 *partemque quae restat infra enumeravi distinctam nota A*3[†].

A 1*b*[7]*) Codices* B r u x e l l e n s e s *n.* 207—8 *et n.* 98—100, *saec. XII, qui Passionalis cuiusdam sanctorum partes efficiunt primam et secundam,*

alter fol. 135′—137. *V. Athalae (praescr.* Incipit vita beati Athali abbatis*) textum admodum retractatum exhibet (inc.* Cum venerabilis Columbanus de hac vita migrasset, eius in locum beatus Athala electus est, omni religione laudabilis), *quem omissis nominibus propriis notisque temporis saepe hiare monuerunt Bollandiani*[1],

alter fol. 16—18. *V. Eustasii (II,* 7—10*) et fol.* 223′—228′, *praescriptis verbis* Incipit vita s. Burgundofore virginis, *posteriorem libri II. partem continet*[2], *scilicet II,* 11—25, *ita ut V. Burgundofarae (des. cum A* 1*b, sed nimium retractata II,* 22: Sed postea quantisper convalescens diu febris correptione vitam finivit) *a Bertulfi minime distincta sit.*

Textus cum libro praecedente accurate convenit (e. gr. II, 1. mundi *pro* saeculi*) atque in iisdem verbis desinit (II,* 25 f. canon credit*).*

Codices rogatu meo officiosissime examinavit J. van den Gheyn S. J., vir doctissimus.

A 1*b*^{8}*) Codex Parisiensis n.* 5289, *saec. XIV,*

fol. 35—37. VI⁰ Idus Marcii sancti Athale abbatis,

fol. 62—66. *Vitam Eustasii cum prologo interpolato (inc.* Scripturus*) exhibet,*

textusque alter manifesta huius classis vestigia continet:

II, 1. postpositis mundi faleramentis *A* 1*b*^{8}; postpositis faleramentis mundi *A* 1*b*$^{6.7}$*;*

ib. egregię] egregius Athala *A* 1*b*^{8}; egregius *A* 1*b*$^{1.5}$;

ib. se aiebant] suadebant *A* 1*b*^{8} *cum A* 1*b*$^{1.5}$,

etsi vel classis A 2 *lectiones propriae non desunt:*

II, 1. intentu] obtentu *A* 1*b*^{8}; in obtentu *A* 2,

alteri vero similitudines multo plures sunt cum A 1c. 2:

II, 9. properat] Sed postea beatum *add. A* 1*b*^{8} *cum A* 1c. 2;

ib. tondi] *A* 1*b*^{8} *cum A* 1c*;*

II, 10. ope] *om. A* 1*b*^{8} *cum A* 1c. 2,

quam cum A 1*b:*

II, 9. faciditate] facilitate *A* 1*b*^{8} *cum A* 1*b**.

Mixtam igitur multiplicem traditionem liber admodum recens comprehendit neque locis difficilibus subsidio esse potest:

II, 9. barriditatis] barritus *A* 1*b*^{8};

ib. colligatim] undique *A* 1*b*^{8}.

Inspexit H. Lebègue v. c.

1) *Catalogus codd. hagiogr. Bruxell. I,* 1, *p.* 145. 2) *Ibid. p.* 25. 49.

A 1b[9]) *Codex Engelbergensis monasterii n.* 2 *(antea n.* 1/4*), saec. XII, fol.* 40′—43, *solam V. Bertulfi cum miraculis insequentibus exhibet, scilicet II,* 23—25, *cumque textus ita desinat:* dona sint aut sint recipienda, qui talia abnuit, an abicienda, qui huius fidei pausis(!) non credit (*subscr.* Explicit vita sancti Bertolfi et aliorum monachorum s. Columbani), *propriam huius familiae naturam facile assequeris.*

Textus V. Columbani supra (A 1a[***]*) enumeratus est.*

Inspexit P. G. Jacober monasterii Engelbergensis bibliothecarius.

A 1b[10]) *Codex monasterii S. Floriani n. III.* 8, *anno* 1449. *in monasterio Wiblingensi*[1] *dioec. Constantiensis per Georgium Spar et Martinum Imler exaratus, fol.* 268′ *sqq. eadem atque praecedens continet (praescr.:* Incipit vita beati Bertulfi abbatis et aliorum monachorum). *Textus cum passim cum familia A 1b convenit, tum in iisdem verbis desinit, quae ex A 1b*[9] *supra attuli, nisi quod* paucis *pro* pausis *scriptum est, similemque exhibet subscriptionem:* Explicit vita sancti Bertolfi abbatis et aliorum discipulorum beati Columbani abbatis.

Capita quae huic libro insunt verbum pro verbo reddens accurate contulit collataque nobis liberalissime tradidit P. Fr. Asenstorfer monasterii S. Floriani bibliothecarius.

A 1c) Codex Wirziburgensis universitatis Mp. th. f. 139, *olim S. Stephani monasterii ibidem siti, saec. XII. in. exaratus a Lamberto, qui ipse nomen suum posteris tradidit opere absoluto fol.* 127′:

Hoc Lambertus ego descripto quosque libello
  Supplico lectores esse mei memores,

atque quicquid descripserat, versibus comprehendit hisce:

Cum Stephano Petri designo ligamine metri
Librum presentem, capitella per haec gradientem
Ordine non vili: Stas primus, magne Basili;
Bis caput ast sanctis ostenditur inde Iohannis.
Remigii miram retinet sors tercia Vitam;
Pontifices summam tres quarta catenat in unam
Agmen ad hoc vinctam. Tu metam posside quintam,
Binis discipulis te, sancte Columba, secutis,

1) *Cf. W. Wattenbach, 'Arch.' X, p.* 430; *A. Czerny, 'Die Hss. der Stiftsbibliothek St. Florian', Linzeae* 1871, *p.* 241.

Attala quis unus, Eustasius est comes huius.
Virgineas bacas, quas protulit Evoriacas,
Querere scriptoris in fine memento laboris,

inter cetera haec continet:

fol. 74—102. *V. Columbani cum carminibus; absunt autem praescriptiones capitum et totum c.* 16, *praeterea verba c.* 22. repedaret respondit — in omnibus famulos, *folio post* 94. *exciso,*

fol. 102'. *Laterculos capitum vitarum insequentium, scilicet libri secundi,*

fol. 103—107'. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

fol. 107'—116'. *V. Eustasii cum praefatione interpolata (II,* 7—10*),*

fol. 116'—127'. *Miracula Evoriacensia (II,* 11—22*). Cum qui praecedit index metricus ad eosdem sanctos pertineat, alteram partem inde a fol.* 128. *codici postea agglutinatam esse manifestum est. Continet liber quae a codice A* 1*a abest mediam libri II. partem, dum qui ibi adest, finis libri (II,* 23—25*) hic desideratur: alter igitur codex alterum quodammodo supplet.*

A 1*c*) Codex Monacensis n.* 1087 4628 *(Bened.* 128*), saec. XI, continet*

fol. 73'—108. *V. Columbani, exceptis carminibus,*

fol. 108—113'. *V. Athalae (II,* 1—6*).*

Versus Horatii, De arte poetica 14—16. 21. 22. 29. 30. *litteris minutioribus spatio illati sunt, quod in transitu a c.* 1. *ad* 2. *libri I. vacuum relictum erat*[1].

Artae quae inter hunc librum et praecedentem intercedit necessitudinis argumento sunt c. 16. *V. Columbani aliaque in utroque praetermissa, e. gr.*

I, 14. mihique — tradatis] *om. A* 1*c. c*.*

Attamen A 1*c* altero plura omisit:*

Ep. ad hoc opus] ad hoc *(om.* o.*) A* 1*c;* ad h. o. *om. A* 1*c*;*

I, 19. excitatus] suscitatus *A* 1*c; om. A* 1*c*,*

dum hunc superare non videtur nisi perraro:

I, 7. remeasset] redeasset *A* 1*c*;* redisset *A* 1*c.*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. X.

A 1*c**) Codex bibliothecae Maihingensis n. I,* 2 *(Lat.),* 4°. 6, *saec. XII. in., qui permissu Caroli principis ab Oettingen-Wallerstein viri illustrissimi de studiis nostris*

1) *Cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 447 *sq.*

optime meriti, intercedente G. Grupp[1] *viro doctissimo, nobis praesto erat, fol.* 72—114', *eadem atque praecedens continet, dum ea quae Columbaniana excipit pars (fol.* 115—153'*) cum altero codice Benedictoburano, hodie Monacensi lat. n.* 4618,
5 *saec. XII, convenit eundemque V. Lupi textum exhibet*[2]. *De monasterio, ad quod liber olim pertinuerat, fol.* 1. *manu saec. XV. haec relata sunt:* **Iste libellus attinet mon . . .,** *nomine loci consulto detrito. Interim W. Wattenbach b. m. locum Passioni Tergeminorum subiectum (fol.* 164*) exami-*
10 *nans de reliquiis eorundem sanctorum ibi agi perspexit, quae Ramvoldo abbati monasterii S. Emmerammi Ratisponensis (a.* 975—1001*) a Winidhario abbate Elewangensium (a.* 978 —987*) concessae erant*[3], *cumque librarius s. XV. marginibus haud raro adscripserit, hanc vel illam legendam 'in magno*
15 *passionali' extare, de celebriore quodam monasterio sine dubio cogitari necesse est.*

Et laterculi et praescriptiones capitum adsunt. V. Columbani c. 16. *sicut in A* 1c. *c* ita in hoc desideratur, sed praescriptio eiusdem adest* (absque damno, *om.* effusionis
20 *A* 1c**), *ducens textum c.* 17.

A 1c****) Codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae, Laud. Misc. n.* 163 *(olim* 1561 *et Laud. L.* 35 *et B.* 167*)*[4], *saec. XV, fol.* 328'—359', *cuius de fatis fol.* 82. *haec adnotata sunt:* Liber Guilelmi Laude Archiepiscopi Cant.
25 et Cancellarii Universit. Oxon. 1636, *V. Columbani una cum epistula laterculoque capitum praescriptionibusque continet. Textus cum libris A* 1c *facit eumque his attribuendum esse ex fine c.* 17. *certo certius intellegitur atque hanc ipsius condicionem solam animadvertit Lawlor, etsi aliena quaedam*
30 *eum non fugerunt. Interim W. Levison socius meus illum accuratius examinans lectiones plurimas eruit cum classe B convenientes, e. gr.: c.* 2. satis est *add., c.* 6. spopondit *add., c.* 12. sinu] speleo, *c.* 14. intercessione *add., c.* 17. *praescriptiones capitum codicis B* 1*a adsunt, c.* 30. muneribus orat,
35 annuis, *eademque libri affinitas non solum ex ultimo laterculi titulo concludenda est, sed etiam ex textu c.* 16, *quod reliquis*

1) *Auctor est catalogi codicum eiusdem bibliothecae, qui inscribitur: 'Handschriften-Verzeichnis, I. Hälfte, Öttingen-Wallersteinische Sammlungen in Maihingen', Nordlingae* 1897. *Codicem ibi praetermissum*
40 *descripserat W. Wattenbach, 'N. Arch.' VII, p.* 171. 2) *Cf. Scr. rer. Meroving. IV, p.* 777. 3) *Cf. W. Wattenbach, 'N. Arch.' VII,* 620; *VIII,* 369; *'G.-Q.' I,* 451[7]. 4) *Cf. Coxe, Catalogi codicum mss. bibliothecae Bodleianae* (1858/85) *II, p.* 150 *sq.*

huius familiae libris deest. Codex igitur quidam A 1c *ad alterum exemplar B correctus et ex ipso auctus videtur esse.*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. XVIII.

A 1c*****) Codex* ***Monacensis*** *n.* 17137 *(Scheftlarn n.* 137*), saec. XII, exhibet*

fol. 178—188. *V. Columbani librum I (praescr.* Prologus Ionae in vitam sancti Columbani) *absque laterculo capitum et praescriptionibus, nisi quod I,* 1. *praescripta sunt:* Alius prologus in ipsum librum, *I,* 2. Vita s. Columbani, *atque praetermissis et subscriptione et carminibus,*

fol. 188—190. *V. Athalae (II,* 1—6*) una cum laterculo ad c.* 6 *(praescr.* Incipiunt capitula libri sequentis in vitam sancti Attalae abbatis, qui fuit discipulus sancti Columbani. Capitula), *sed absque praescriptionibus capitum (praescr.* Vita sancti Attalae abbatis, *subscr.* Explicit vita s. Attalae).

Epistulae locus cum facta — edisserit *inter verba (I,* 1*)* turbines *et* eorum qui nutante (tuante *A* 3***. 3****, tnante *A* 3** *pro* fluctuante) *exemplo classis A* 3 *transpositus est textusque ad I,* 2. *illi certe attribuendus est, sed inde a I,* 3. *ipsius condicio tota mutatur, nam ordo verborum ibi minime perturbatus est, atque deinceps nota generis A* 1c *vestigia apparent, veluti c.* 16. *deest et c.* 22. *verba:* Factum — adisset scafam *interpolata sunt. Alterius quoque libri textus ad eandem familiam pertinet, quamvis interpolatus (II,* 1. utilitatis] in saecularibus libris *add.).*

A 1c†*) Codex* ***Guelferbytanus*** *inter novos n.* 404, 2, *saec. XII, membranas de tegminibus librorum detractas continens, V. Eustasii interpolatae particulas exhibet, incipiens a verbis* | virtutes largitus est —, qui in caelis est *(Praef. interpol. c.* 1*), desinens:* vel Amatum repedat, ut | *(II,* 10*). Cum codice A* 1c *cum alibi, tum II,* 9. *ex.* discisci] discindi, *convenit.*

A 1c††*) Codex* ***Bambergensis*** *E III,* 9 *(Misc. hist.* 141*), saec. XV. ex., opus Andreae abbatis S. Michaelis Bambergensis (a.* 1483—1502*) de sanctis ordinis S. Benedicti continens, inter particulas ex Vincentii Speculo hist. depromptas fol.* 117—118'. *V. Athalae, fol.* 126—129. *Vitae interpolatae Eustasii textus plenos exhibet, qui e codice quodam A* 1c *pendent:*

II, 9. faciditate] facecia *A* 1c†† *cum A* 1c,

II, 10. construxit — pollente] *om. A* 1c†† *cum A* 1c.

A 1*d) Codex* ***Trevericus*** *bibliothecae ecclesiae cathedralis n.* 5, *saec. XII. in., a Gumberto abbate*[1] *(a.* 1083—1114*) monasterio S. Petri et Pauli Abdinghofensi in suburbio Patherbrunnensi sito dono datus, ubi haec fol.* 1. *adnotata sunt, libro alienato iam erasa:*

Liber apostolorum Petri et Pauli in Patherb.

Quem si quis abstulerit, anathema sit,

tum 'ex libris Christophori comitis de Kesselstatt decani Paderbornensis anno 1806' *(fol.* 1*), utrumque Ionae librum cum praescriptionibus capitum, sed absque laterculis hoc ordine continet:*

fol. 1′—60. *V. Columbani, omissis carminibus,*

fol. 60—69. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

fol. 69—85. *V. Eustasii cum praefatione interpolata (II,* 7—10*)*

fol. 85—103′. *Miracula Evoriacensia (II,* 11—22*), ita ut ipsi aeque ac libro A* 1c *sola V. Bertulfi desit. Est autem hoc multo praestantior neque c.* 16. *libri I. praetermisit sicut A* 1c. *Folia* 52—103. *passim servaverunt vestigia scripturae antiquioris, scilicet saec. X, quae Columbanianis cessit detrita.*

A 1*e) Codex* ***Oxoniensis*** *bibliothecae Bodleianae, Digby n.* 112 *(olim H* 4, *deinde n.* 46 *et A* 111*)*[2], *saec. XII, in praedatores m. s. XVII. fol.* 1. *praemunitus his verbis:* Vindica te tibi, Kenelme Digby, *fol.* 75′—82. *V. Eustasii (II,* 7—10*) cum praefatione interpolata, fol.* 82—90′. *Miracula Evoriacensia (II,* 11—22*) continet, illam non distinctam, haec in capita quidem divisa, sed praescriptionibus vacua. Lectiones ipsius maxima ex parte cum A* 1c *et A* 1d *conveniunt, sed haud paucae hos libros superare videntur atque inprimis in miraculis Evoriacensibus grammaticae barbarae exempla nonnulla occurrunt digna quae in textum admittantur.*

A 1e**) Codex* ***Londiniensis*** *Musei Britannici, Harley n.* 624, *inter schedas aliquot a Simonds d'Ewes collectas V. Eustasii saec. XII. exaratam fol.* 89′—93′. *continet, praecedente praefatione interpolata. Textus affinitatis proximae cum A* 1e *intercedentis exhibet exempla luculenta:*

II, 7. in extremis anhelis] *A* 1*d;* in extremo anhelitu *A* 1e* *cum A* 1e: in extremis, *om.* a. *A* 1*c;*

II, 8. Dedit ille operam — lumen habere] *om. A* 1e* *cum A* 1e *(non A* 1c. *d).*

1) *Cf. 'Arch.' VIII, p.* 606. 2) *Cf. G. D. Macray, Catalogi codd. mss. bibliothecae Bodleianae* (1883) *IX, col.* 125 *sqq.*

A 1f) Codex Sangallensis archivi coenobialis n. 12 (26), *saec. XII, olim Fabariensis, fol.* 1′—34′. *V. Columbani una cum carminibus, fol.* 34′—40′. *V. Eustasii (II,* 7—10*) continet, quae foliis deperditis mutila in verbis:* permixtio; quod quamvis | *desinit, subsequente (fol.* 41—87*) V. Galli auctore Walahfrido. Librarius duobus exemplaribus usus est, quae multis verbis omissis in breve coegit atque suo arbitrio immutavit. Primo enim textus cum libris A* 1*a**. *a*** *manifesto facit:*

Ep. utcumque quivimus] prout potuimus *A* 1*f;* proutcumque q. *A* 1*a**;
rebatur] reprobatur *A* 1*f cum A* 1*a**;
exuberari] exuperari *A* 1*f cum A* 1*a**;
ad partum] ad apportatum *A* 1*f;* ad portum *A* 1*a**;
Lat. cap. praescr. primi] sequentis *A* 1*f cum A* 1*a***;
ib. add. XXX. De ingressu Italiae et renovatione Bobii et exitu eius *A* 1*f;*
I, 1. *praescr.* Praefatio libri sequentis *A* 1*f cum A* 1*a**;
I, 2. colore] *om. A* 1*f cum A* 1*a**;
ib. spumea cedunt et litora, sinus] spumę accedunt ad litora. Sinus enim *A* 1*f cum A* 1*a**;
ib. mater] prodire *add. A* 1*f cum A* 1*a**. *a***.

Paulatim vero condicio libri haud mediocriter dissentire incipit a priore parte atque clausula capiti 17. *adnexa cum classe A* 1*b convenit neque cum duobus quos dixi libris:*

De eo quod bestiae *A* 1*f cum A* 1*b,*

tantaque inter utrumque deinceps intercedit necessitudo, ut e. gr. carminis prioris versum 24. *A* 1*f cum eodem omiserit. Textus V. Eustasii (praescr.:* Incipit vita sancti Eustasii*) neque in capita divisus est neque praescriptionibus distinctus.*

A 1g) Codex Guelferbytanus inter Helmstadienses n. 322[1], *saec. XV, fol.* 95—118, *V. Columbani librum priorem absque epistula exhibet neque vero textum purum, nam in priore parte plerumque cum A* 1*d facit:*

c. 16. suco equoquitur] sucis decoquitur *A* 1*g cum A* 1*d.* 2;
ib. meati in tiprum] meatim in tiprum *A* 1*g cum A* 1*d.* 2,

quocum c. 17. *exeunte accurate convenit, neque vero verba c.* 2: et — umbras *ibi transposita sunt, sicut in libris A* 1, *atque qui mihi praesto est textus c.* 22. *manifesta necessitudine cum A* 3 *coniunctus est:*

furto] furtim *A* 1*g cum A* 3;

1) *Inter universos bibliothecae codices n.* 357. *distinctus est; cf. O. de Heinemann, 'Die Hss. der Bibliothek zu Wolfenbüttel' I,* 1, *p.* 266.

beati] Martini *add.* *A* 1*g* *cum* *A* 3;
corporis poenas] *om.* *A* 1*g* *cum* *A* 3.

Codicem intercedente O. de Heinemann bibliothecae praefecto examinavit Köhler vir doctissimus, scholae Revalensis olim 5 *moderator, nunc civis Guelferbytanus.*

Classis permagna codicum Gallicanorum, quae simul aetate atque auctoritate secundum demum locum occupat, postea in tres ramos degeneravit, e quibus surculus unus in Britanniam translatus denuo germinavit. Codex primarius 10 *A* 2, *qui pravitatis triformis adhuc immunis est, ex persimili exemplari pendet atque alter multo quidem illo deterior liber A* 2*; *utrique enim eadem verba desunt (e. gr. in epistula praevia:* omnium, etenim*), uterque eodem modo immutatus est:*

15 *I,* 1. micantem] radiantem *A* 2. 2*;
ib. nostrorum arbiter] commissi operis *A* 2. 2*, *simili scilicet epistulae loco adhibito:* Erit tamen commissi operis.

Menda quae dixi aliaque nonnulla cum in reliquis huius 20 *classis codicibus, tum in A* 2† *minime redeunt. Hic vero duobus de quibus disserui codicibus proximus adiungitur, cum complures eorum lectiones in nullo praeterea occurrant nisi in ipso:*

Ep. viderunt] *A* 2*a*. *c* *cum rell.*; viderint *A* 2† *cum* *A* 2;
25 arbitrii] *A* 2*a*. *c* *cum rell.*; arbitris *A* 2† *cum* *A* 2*;
redditos] *A* 2*a*. *c* *cum rell.*; redditi *A* 2† (ddi *excis.*) *cum* *A* 2. 2*;
non rite — reppererit (repperit *A* 2*a*)] *A* 2*a*. *c* *cum rell.*; rite — non reppererit (repperit *A* 2*)
30 *A* 2† *cum* *A* 2. 2*;
lacrimam] *A* 2*a*. *c*. *cum rell.*; lacrime *A* 2† *cum* *A* 2. 2*;
zepheriis] zephiriis *A* 2*c*; zefiris *A* 2*a*; zephiri *A* 2†; zephyri *A* 2; zepheri *A* 2*;
35 *I,* 11. panis fragmentis (fragmenta *A* 2*a*; fragmentum *A* 2*c*. *c*[1]) rem.] *A* 2*a*. *b*. *c*. *c*[1] *cum rell.*; (p. *om.*) rem. fra(c)menti *A* 2. 2†;
II, 1. antiqui] *A* 2*a* *cum rell.*; *om.* *A* 2† *cum* *A* 2;
ib. austeritatem] *A* 1*a*. 2*a*; auctoritatem *A* 2† *cum*
40 *A* 2 *et rell.*

Liber igitur A 2† *ex uno eodemque progenitore ortus est atque A* 2. 2*, *sed qui eum exaravit librarius non adeo accurate negotium susceptum perfecisse videtur:*

Ep. nantes solere, reuma gurgitum fractis] n. solare reumate g. fractris *A* $2^{\dagger}$;
I, 1. imitando] immitari do *A* $2^{\dagger}$;
I, 30. VIIII. Kl.] *A* 2*a*. *b* *cum plerisque;* VIII. Kl. *A* 2. 2*c;* XI. Kl. *A* $2^{\dagger}$ *cum B* 2 *et e corr.* *A* $2a^{**}$, *neque aetate sua opinionem eam meretur, quam apud H. J. Lawlor sortitus est.*

Age nunc videamus, quomodo librarius A 2*a textum ad grammaticam correxerit suoque ingenio immutaverit, vocabulis alienis interpolatis:*

I, 2. in ortu suo] intus *A* 2*a;*
I, 19. animum [incitarunt *add.* *A* 2*a*] contra [verum Dei — rex ad *om.* *A* 2*a*] virum Dei. [Qui *add.* *A* 2*a*];
ib. sustentaturum] minaris *add.* *A* 2*a;*
ib. dimersurum] dimergendum *A* 2*a;*
I, 20. atria ecclesiae] atria templi *A* 2*a* (*supra* atrio ecclesiae);
ib. discessurum] ait *add.* *A* 2*a*;
ib. subsequentibus] prosequebatur *add.* *A* 2*a;*
I, 22. fluvii filo] fluviolo *A* 2*a*. a^{**}.

Comparatus igitur cum A 2 *ille multo plura menda commisit, ita ut ab exemplari communi eo longius distare videatur; cum vero alter hic defecerit, alter illic:*

I, 28. Tullum] *recte* *A* 2*a*. a^{**}; Tullo *A* 2*c;* Tulbiacum *male* *A* 2,

utroque collato faciem atavi eo melius cognosci licet, etsi in multiplici reliquorum codicum praestantia liber I. hoc subsidio vix eget. Ex A 2*a codicem A* $2a^{*}$ *hodie latentem pendere inde conclusi, quod in utroque locus II,* 23. undique vallati maestitia *praetermissus erat, qui librarium A* 2*a in transitu a pagina ad paginam fugerat. Quod argumentum licet in dubium vocaverit H. J. Lawlor p.* 99, *reperto tamen altero eiusdem stirpis libro A* $2a^{**}$, *scilicet Antverpiensi in editione Henscheniana adhibito, luculente confirmatur. In eo enim non solum verba quae dixi desiderantur una cum aliis, quae item A* 2*a omiserat, sed etiam, quae huic postea aut in marginibus aut alibi illata sunt, vocabula aliena textui continuata reperiuntur:*

Ep. vehit et Scarbea lintris abacta ascoque Scaldeus] vehat (vehit *pr. m.* *A* 2*a*) et carabealint (cara bea lint *A* 2*a*) ab (arcro *in ras.* *A* $2a^{**}$; acto *m. al. corr.* arcto *A* 2*a*) as quoque Scalteus *A* $2a^{**}$ *cum* *A* 2*a;*

I, 2. Aquilonem sequens] aquilonis secedens $A\ 2a^{**}$; aquilonem (*corr.* aquilonis) sedens (*m. al. corr.* secedens) *A 2a;*

I, 6. loca] aspera essent *add.* $A\ 2a^{**}$; *haec pr. m. in mg. suppl. A 2a; habet Mabillonius;*

I, 17. Cui sic bestiae] Nec mireris cui sic b. $A\ 2a^{**}$; *verba* Nec m. *m. al. in mg. suppl. A 2a; haec habet Mabillonius;*

II, 11. fuisse] narraturum *add.* $A\ 2a^{**}$ *cum m. al. A 2a; habet Mabillonius;*

ib. tribunal] conspectum $A\ 2a^{**}$ *cum Mab. et in mg. suppl. A 2a;*

II, 22. quia] An nescis quia $A\ 2a^{**}$ *cum Mab.*; nescis *post* an *m. al. superscr. A 2a.*

Plerasque lectiones Mabillonius in textum suum admiserat depromptas sine dubio e Compendiensi quem habuerat codice ($A\ 2a^{*}$), *atque quanta affinitate* $A\ 2a^{**}$ *cum hoc coniunctus fuerit, ex his editionis illius lectionibus colligi potest:*

I, 14. praefectus] *recte A 2a;* effectus *in litura* $A\ 2a^{**}$ *cum Mab.;*

I, 16. preter Scordiscis et Dardanis gentes] pr. Scotacis et Dardaniis gentibus (*corr.* gentes) *A 2a;* pr. Scoticas et barbaras gentes $A\ 2a^{**}$ *cum Mab.*

Utrumque vero multo magis quam A 2a immutatum interpolatumque esse constat atque etiam alterum exemplar, scilicet classis B, ad textum corrigendum librario $A\ 2a^{**}$ *praesto fuisse ex his locis colligi licet:*

I, 19. sustentaturum] sustentandum $A\ 2a.\ a^{**}$ *et add.* minaris *A 2a,* scias $A\ 2a^{**}$ *cum B 1a. 2;*

I, 20. Inter quos primus Ragumundus (Ragamundus $A\ 2a^{**}$) erat, qui eum Nametis (Namnetis $A\ 2a^{**}$) usque perduxit] *recte* $A\ 2a^{**}$ *cum A 3. B 1a. 2;* Nam et his usque perducunt. Inter quos primus R. erat, qui cum *A 2a et similiter libri plerique.*

Huic familiae ante eum quem olim examinaveram librum $A\ 2a^{***}$ *nunc recentiorem quendam Bruxellensem* $A\ 2a^{**\cdot 1}$ *duosque Audomarenses codices* $A\ 2a^{**\cdot 2}$ *et* $A\ 2a^{**\cdot 3}$ *inserui, scilicet ut ii coniungerentur qui sicut* $A\ 2a.\ a^{*}.\ a^{**}$ *ex duobus Ionae libris faciunt tres; post illum vero Duacenses duos addidi* $A\ 2a^{\dagger}$ *et* $A\ 2a^{\dagger\dagger}$. *Ii qui iam accesserunt codices, i. e.* $A\ 2a^{**\,1.\,2.\,3}$ *et* $A\ 2a^{\dagger}.\ a^{\dagger\dagger}$, *cum A 2a et* $A\ 2a^{**}$ *convenientes verba I*, 1: praesulum atque monachorum patrum solertia

praetermittunt, ita ut a reliquis facile distinguantur, cumque eo hiatu subiectum perierit, Deus *interpolant; hoc autem uno eodemque loco non collocantes in duas partes discedunt, ita ut* $A\,2a^{**\cdot 2}$ *et* $A\,2a^{**\cdot 3}$ *cum* $A\,2a$ *faciant,* $A\,2a^{\dagger}$ *et* $A\,2a^{\dagger\dagger}$ *cum* $A\,2a^{**}.\ a^{**\cdot 1}$*:*

I, 1. nobilium condidit] n. Deus condidit $A\,2a^{\dagger}.\ a^{\dagger\dagger}$ *cum* $A\,2a^{**}.\ a^{**\cdot 1}$*;* Deus *antea, scilicet inter* fulgore *et* micantem *inserunt* $A\,2a.\ A\,2a^{**\cdot 2}.\ A\,2a^{**\cdot 3}$.

Etiam codices e bibliothecis Britannicis iam eruti $A\,2a^{1\cdot 2\cdot 3}$, *qui tam arte inter se cohaerent, ut pro uno solo exemplari existimandi sint parum bonae notae, magis cum* $A\,2a^{**}$ *connexi sunt quam cum* $A\,2a$*:*

I, 30. ibi Dei consultu actum est] *om.* $A\,2a^{1\cdot 2\cdot 3}$ *cum* $A\,2a^{**}$*; habet* $A\,2a$*, nam Lawlor p.* 122. *contrarium asserens fallitur;*

ib. habitantium] proficuo *add.* $A\,2a^{1\cdot 2\cdot 3}$ *cum* $A\,2a^{**}$ *(non* $A\,2a$*).*

Sunt autem illo paulo antiquiores neque fieri potest, quin ex ipso pendeant. Itaque I, 19. minaris (noveris $A\,2a^{2}$) *addunt cum* $A\,2a$ *locumque ad Ragumundum spectantem (I,* 20*) ita transpositum exhibent sicut mater neque viam prolis eius persequuntur. Cuius discrepantiae causam eandem esse puto de qua dixi, scilicet librario* $A\,2a^{**}$ *praeter* $A\,2a$ *alia quoque subsidia praesto fuisse atque locis quos enumeravi hunc iam addere libet:*

I, 3. quem Lagenorum terram] ad terram quam Collegenorum $A\,2a^{1\cdot 2}$ *(deficit* $A\,2a^{3}$*);* Collagenorum *(m. al. corr.* Collaeg.*)* t. $A\,2a$*;* quod Lagenorum t. *recte* $A\,2a^{**}$.

Unde id vix mirari licet alibi non solum codicum $A\,2a^{1\cdot 2\cdot 3}$ *in eodem redire lectionem retractatam, sed etiam cum ea coniunctam integram codicis* $A\,2a$*:*

I, 9. precibus parens, pie petenti larga subvenit potestas] *recte* $A\,2a$; precibus larga potestas annuens, postulata contulit $A\,2a^{1\cdot 2}$ *(deficit* $A\,2a^{3}$*);* precibus parens, pie petenti larga potestas annuens postulata contulit $A\,2a^{**}$.

Textus librorum ad familiam $A\,2b$ *pertinentium exemplum unum afferre libet, scilicet exordium c.* 2. *libri I. ita contractum, sicut in editione Mabilloniana legitur:*

Columbanus igitur, qui et Columba (dicitur *add.* $A\,2b^{1\cdot 2}$) ortus (extitit *add.* $A\,2b$; est *add.* $A\,2b^{2}$; est in *add.* $A\,2b^{1}$) Hibernia (Hyb. $A\,2b.\ b^{1}$) insula (in *add.* $A\,2b^{1\cdot 2}$) extremo Oceano (Oceani $A\,2b^{1\cdot 2}$) sita. Huius (Cuius

$A\ 2b^{1.2}$) insulae situs (quia est *add.* $A\ 2b^{1}$), ut ferunt, amoenus (est *add.* *A* 2*b*) ac

A 2*b*	$A\ 2b^{1.2}$
adversantium exterarum carens bello nationum.	diversarum capax nationum, cęterorum carens(caret$A2b^{2}$) bello populorum.

Versus igitur 2—17, *i. e. maxima eorum pars, in omnibus desiderantur tamque graviter hi libri a reliquis passim discrepant, ut difficile creditu sit, quomodo vel permodica auctoritas eis ab illis attribui potuerit, qui in edendi arte aliquid profecisse sibi visi sint. Princeps eorum quem nunc demum nactus sum A* 2*b propinquos suos aliquo modo superat, sed licet non adeo depravatus sit, sicut hi, tamen et ipse textum exhibet hic illic valde immutatum:*

I, 2. actum sit] divina praescientia de eo praesignaverit *A* 2*b*;

ib. teneretur, subito per intempestam noctem] haberetur, cuiusdam intempestae noctis silentio *A* 2*b*.

Soli codices A 2*b ex iis qui alteri classi ascripti sunt interpolatione illa I,* 22. *carent, de qua infra*[1] *agendum est, reliquosque libros et inprimis A*2. 2*a propius inter se coniunctos esse etiam ex his exemplis colligi licet*:

I, 14. Novisona] Neevisona *A* 2*b*; Navisona $A\ 2c^{1}$; (hunc *add.* *A* 2*a*) Visonam *A* 2. 2*a*;

I, 20. se ait iam] (se *om.*) ait iam *A* 2*b; sicut iam A* 2; ut iam *A* 2*a*;

ib. pervenit] *A* 2*b cum rell.; om. A* 2. 2*a*.

Librorum ordo, cuius codex A 2*c princeps est, communibus lectionibus satis multis a reliquis distinguitur, e. gr.:*

Ep. Memini me — flagitante] M. — me fl. *A* 2*c*. $c^{1.5a.b}$; successores fuerunt] f. s. *A* 2*c*. $c^{1.5a.b}$; plerumque] plurimorum *A* 2*c*. $c^{1.5a.b}$ *cum Mab.;* praedicti praeceptum] praecepto praedicti *A* 2*c*. $c^{1.5a.b}$;
ad ea texenda] (ad *om.*) ea t. *A* 2*c*. $c^{1.5a.b}$; abacta] adacta *A* 2*c*. $c^{1.5a.b}$ *cum Mab.;* madefacit] madefaciat *A* 2*c*. $c^{1.5a.b}$; exsequentur] exequuntur *A* 2*c*; ex(s)ecuntur $A\ 2c^{1.5a.b}$;
reuma] post ima *A* 2*c*. c^{1} *cum Mab.*

I, 1. gesta] ista *A* 2*c*. $c^{5a.b}$;

1) *Infra p.* 117.

I, 1. elucubratae] lucubrat(a)e *A* 2*c*. $c^{5\,a.\,b}$;
I, 2. madentem] ardentem *A* 2*c*. $c^{1.\,5\,a.\,b}$;
ib. actum sit] sit factum *A* 2*c*. $c^{5\,a.\,b}$;
I, 17. ferusculam] feram san(a)e *A* 2*c*. $c^{5\,a.\,b}$.

Concordat vero cum A 2*b*. b^1 *post* fonte *(I, 1) verbum* potati *addens, assentientibus libris A* 1*c*. *d*. 3'. 3*, *item cum A* 2*b nonnullisque inferioris notae codicibus, veluti A* 1*b**. *c*. *c** *locum difficilem I*, 20. *ita in breve cogens:* Inter quos primus Ragamundus erat, qui *(om. A* 1*c*. *c***)* cum universis, *praetermissis verbis* N. u. p. *Etiam interpolationes codicum A* 2. 2*. 2† *in ipso redeunt I*, 2. *in.:* insula (quae in) extremo Oceano sita (est), *scilicet verba uncinis inclusa, quae a libris A* 2*a*. *b absunt. Nova in A* 2c^1 *menda accreverunt:*

Ep. triennium] *rell.;* biennium *A* 2c^1,

nova in libris A 2$c^{5\,a.\,b}$, *de quibus infra. Huius familiae lectiones in editione Mabillonii partim occurrunt, a quo codicem A* 2c^1, *tunc Cisterciensem, adhibitum esse constat. Etiam libri II. textus cum A* 2. 2*a convenit, e. gr.:*

II, 1. patre nobili] patris studio nobili *A* 2$c^{1.\,2.\,5}$ (patris studio *A* 2. 2†. 2*a*),

qui praeterea ita interpolatus est:

II, 4. eum privet ab auras] ne isdem languidus, eo abscedente, vitalibus privetur auris (viribus *A* 2c^{5g}) *A* 2$c^{1.\,2.\,5}$,

hiatibusque (e. gr. II, 9*) deformatus, sicut Mabillonius ipsum ad A* 2c^1 *'emendasse' sibi visus erat.*

A 2*) Codex Parisiensis n.* 5600, *saec. XI. in., olim S. Martialis Lemovicensis, continet*

fol. 2'—45'. *V. Columbani exceptis carminibus integram, nisi quod scriptura paginae primae et insequentis evanuit, manu posteriore restaurata,*

fol. 45'. *laterculum capitum II*, 1—10,

fol. 45'—53. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

fol. 53—62'. *V. Eustasii (II,* 7—10*).*

Desideratur igitur libri II. pars posterior (II, 11—25*).*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. IV.

*p. 41. **A* 2**) Codex Parisiensis n.* 5365 *(olim Lemov.* 204, *deinde Reg.* 3594^{b}*), saec. XII,*

fol. 137'—138'. 144. 140—143'. 145. 139. 146—146'. *V. Columbani librum I. continet absque laterculo capitum.*

A 2†*) Codex Avennicus nunc bibliothecae urbanae n.* 276 *(antea n.* 120*), olim capituli ecclesiae metropolitanae, saec. XII. ex., eadem atque A* 2 *continet, scilicet*

fol. 110—124′. *V. Columbani cum epistula et laterculo capitum libri I, qui ita desinit sicut in A* 2, *titulo* 30. *addito (habet:* Ailulfi *et paulo post:* et de constructione Bobii monasterii et obitum b. v.), *et subscriptione caret,*
5 *fol.* 124′—125. *laterculum capitum II,* 1—10,
fol. 125—127. *V. Athalae (II,* 1—6*),*
fol. 127—130′. *V. Eustasii (II,* 7—10*).*
Epistulae praeviae eadem quae in A 2 *praescripta sunt:* Incipit praefatio (de vita Columbani *postea add.) atque*
10 *etiam praescriptio textus cum eodem libro accurate convenit. Laterculus libri II. praescriptione caret atque etiam textui lemma nullum primo inditum erat, sicut in A* 2, *sed postea* Incipit vita sancti Atale *praescripta sunt. Praescriptio capitis I. ante* Ergo *collocata est, consentiente iterum libro*
15 *A* 2. *Alterius libri capita* 7—10. *numerantur* 1—4. *atque praescriptiones c.* 7. *et* 8. *desiderantur, sed c.* 7. *m. al. praescripsit, erasis aliis verbis:* Incipit de sancto Eustasio, *eademque subscriptionem addidit hanc:* Explicit vita scis *(sic)* Eustasii.
20 *Codex e duabus partibus constat, e quibus prior patrum ecclesiasticorum opuscula continens saec. XI. exarata est. Posteriorem, de qua hic agitur, saeculo X. temere attribuit L. H. Labande catalogi*[1] *auctor, in veteribus scripturis diiudicandis parum versatus, neque H. J. Lawlor p.* 13,
25 *saec. X—XI. vel priorem saec. XI. partem anteponens, in rectam viam rediit, nam scripturae specimen quod adiecit (tab. IX) ne duodecimo quidem saeculo attribui potest nisi exeunti.*
A 2*a) Codex bibliothecae regiae Hagae-Comitum X,* 73 *(antea n.* 284*), olim S. Bertini, saec. XI, cui post*
30 *argumenti summarium manu antiqua exaratum (fol.* 1*) insunt haec:*
fol. 1′—12′. *Libellus de Eustasii atque Waldeberti abb. Luxov. virtutibus auctore Adsone, quem hoc codice usus edidit O. Holder-Egger, SS. XV, p.* 1171[2],
35 *fol.* 13′—16′. *V. Eustasii (II,* 7 *sq.) cum praefatione interpolata, sed quaternione deperdito textus ultra verba* vidisset Eustasium *(II,* 8*) non pervenit,*
fol. 17—52′. *V. Columbani una cum carminibus, sed absque laterculo capitum,*
40 *fol.* 53—58′. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

1) *'Catalogue général des mss. des dép.' XXVII, p.* 182. 2) *Adsoni cognomen* Heimiricus *attribuendum est, sicut codicibus et A* 2*a et B* 1c *(Lawlor p.* 10*) comprobatur, neque* Hermiricus, *quod in editione legitur (SS. XV, p.* 1171, *l.* 20*).*

fol. 58'—79. *libri secundi pars posterior (II,* 11—25*), quae tertium hic librum efficit, sed c.* 22. *finis inde a verbis:* Similiter alia puella *desideratur.*

Codex ex libris classis A perfectissimus quidem est, sed fol. 1—16. *cum V. Eustasii postea accesserunt.* 5

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. VIII.

A 2*a**) *Codex Compendiensis, quo Mabillonius usus est, omnia fere tribus libris distincta continebat quae praecedens, scilicet libro primo V. Columbani, secundo V. Athalae, tertio miracula Evoriacensia cum V. Bertulfi miraculisque* 10 *Bobiensibus, sed V. Eustasii desiderabatur. Etiam finis c.* 22. *libri II. ei deerat atque insuper quod in illo extat c.* 25.

A 2*a***) *Codex Bruxellensis n.* 7461, *saec. XIII. in., olim* Liber sancte Marie de Valcellis, *adnotante m. s. XIII (p.* 412*), tum Balthasaris Moreti, a quo facta* 15 *permutatione a.* 1637. *in possessionem* Domus prof. Soc. Iesu Antverp. *(m. s. XVII, p.* 1*) venit, signatus ibi P.* 160, *vitas sanctorum mensium Novembris et Decembris continet cum alias tum V. Columbani librum utrumque, sed priori et laterculus capitum et carmina in calce desunt at-* 20 *que in posteriore V. Eustasii (II,* 7—10*) desideratur eaque quae post hiatum sequuntur librum tertium efficiunt, sicut in A* 2*a. Insunt igitur*

p. 90—115. *V. Columbani cum epistula:* Incipit prefatio in vita sancti Columbani abbatis — — Explicit 25 prologus. Incipit liber primus vitae sancti Columbani abbatis, cuius celebritas est IX. Kl. Decembris. Rutilantem — — Explicit liber primus, *ubi praescriptiones capitum adsunt, sed numeri desiderantur, dum in reliquo libro illae desiderantur et hi adsunt,* 30

p. 115—119. *V. Athalae (II,* 1—6*) cum priore laterculi parte:* Capitula libri secundi — Expliciunt capitula. Incipit liber secundus — — Explicit liber secundus,

p. 119—134. *posterior alterius libri pars (II,* 11—25*) cum posteriore laterculi parte, scilicet miracula Evoriacensia* 35 *cum V. Bertulfi miraculisque Bobiensibus:* Capitula libri tercii — Expliciunt capitula *(numerata ibi* 1—19*).* Incipit liber tercius, *qui non distincta V. Bertulfi ad c.* 19, *i. e.* 25. *nostrae editionis, continuatur, desinens:* Explicit liber tercius vitae sancti Columbani abbatis. *Caput* 22. 40 *libri II. eodem loco hiat atque in A* 2*a. a**.

Erat olim Antverpiensis domus professae Soc. Iesu idem quo Henschenius ad V. Athalae edendam usus est; v. infra p. 142.

A 2$a^{**\cdot 1}$) *Codex* *Bruxellensis n.* 11987. *chartaceus, saec. XVI. in. ab Antonio Gentio* († 1543) *exaratus, fol.* 183 *sqq., item V. Columbani tribus libris dispositam continet*[1].

Inspexit I. van den Gheyn S. I., vir doctissimus, conservator bibliothecae Bruxellensis.

A 2$a^{**\cdot 2}$) *Codex bibliothecae civitatis S. Audomari n.* 715, *III et IV, saec. XII. ex., olim ecclesiae S. Audomari, V. Columbani una cum epistula, sed absque laterculo capitum (praescr.:* Incipit prologus et vita sancti Columbani abbatis. — — Incipit vita eiusdem, qui decessit VIIII. Kl. Decemb., *inc.* Rutilantem atque eximio fulgore Deus micantem sanctorum nobilium condidit vitam doctorum) *exhibet alterque liber in verbis c.* 22. debere creaturam obedire *desinit*[2], *ita ut finis capitis ibi desideretur, sicut in A* 2*a.* a^{*}. a^{**}.

Inspexit C. Bureau bibliothecae praefectus v. c.

A 2$a^{**\cdot 3}$) *Codex bibliothecae civitatis S. Audomari n.* 716 (4. 10), *saec. XIII, olim beatae Mariae de Claromarisco legendarium magnum, cum permultas sanctorum vitas tum Columbani in tres libros divisam continet, quae tomo VIII. inest*[3], *atque non solum epistula adest (praescr.:* Incipit prefatio vite sancti Columbani abbatis, *inc.* Dominis — Boboleno et Waldeberto *et q. s., subscr.* Explicit prologus), *sed etiam laterculus capitum (praescr.:* Incipiunt capitula libri primi) *ad c.* 29. *perveniens* (De ingressu et in Italiam susceptione ab Agilulfo — Expliciunt capitula), *post quem c.* 1. *incipit ita:* Incipit liber primus vitae sancti Columbani abbatis, cuius celebritas est VIIII. Kalendas Decembris. Rutilantem *et q. s.*

Inspexit C. Bureau bibliothecae praefectus v. c.

A 2a^{***}) *Codex Parisiensis n.* 5308 *(antea Colb. et Regius* 3593), *saec. XII, olim Chesnianus, fol.* 281—287′, *V. Columbani continet mutilam a verbis c.* 11. tantum e fratribus, *locum c.* 20. *ad Ragumundum spectantem ita transponens, sicut in A legitur, immutansque* perduxit *(ib.) in* perducunt *cum A* 2*a. Sequuntur fol.* 287′—292. *V. Columbani Hyensis, fol.* 292—297. *Passio Caeciliae, sicut in A* 2$a^{\dagger\dagger\dagger}$.

A 2$a^{\dagger}$) *Codex Duacensis n.* 838, *saec. XII/XIII, olim monasterii S. Rictrudis Marchianensis ibique signatus D* 792, *fol.* 92—105, *V. Columbani una cum epistula laterculoque capitum exhibet. Sanctus ipse dextra baculum*

1) *Cf. 'Archiv' VIII, p.* 538; *'N. Arch.' II, p.* 259; *Anal. Boll. VI, p.* 31 *sqq.* 2) *'Archiv' VIII, p.* 415. 3) *'Archiv' l. l. p.* 416.

pastorale, sinistra librum quendam tenens litteram primariam R *c.* 1 (Rutilantem) *pulcherrime pictam occupat, sed tonsura Romana ornatus a veterum Scottorum consuetudine interim defecisse videtur. Condicionem textus ex scripturae specimine intellegi licet, quod dedit Lawlor tab. VII, qui librum p.* 42 *sq. descripsit.*

A 2a††) *Codex Duacensis n.* 855, *saec. XV, olim monasterii SS. Petri et Pauli Hasnoniensis, ibique signatus G* 788. *D* 804, *cui eadem atque A* 2a*. a** *insunt, scilicet*

fol. 1—43'. *V. Columbani una cum epistula, sed absque laterculo capitum,*

fol. 43'—49'. *V. Athalae (II,* 1—6*),*

fol. 50—72. Incipit liber de diversis miraculis, *i. e. miracula Evoriacensia, (II,* 11—22*) et fol.* 63—72. *V. Bertulfi una cum miraculis Bobiensibus (II,* 23—25*), quae haec subscriptio subsequitur:* Explicit liber diversorum miraculorum.

Ad supplenda ea quae Lawlor p. 43. *de hoc libro rettulerat ad eundem bibliothecarium Rivière nomine litteras dedi, a quo ille certior factus erat, eademque officiositate idem mecum communicavit ea quae scire desideraveram. Hiat igitur codex ibi ubi A* 2a† *(I,* 1*) eodemque loco* Deus *exhibet. Etiam in libro altero cum A* 2a *convenit:*

II, 11. superius fuisse] narraturum *add. A* 2a†† *cum Mab., m. al. add. A* 2a*;*
II, 23 *ex.* famulis] *om. A* 2a††*; versu exeunte om. A* 2a*;*
II, 25. patratas] viros patrare has *A* 2a††; patrare has *A* 2a,

cumque vocabula exhibeat, quae huic codici postea illata sunt, cumque omittat id quod versu exeunte ibi omissum est, iterum probatur, hanc familiam ex A 2a *pendere.*

A 2a†††) *Codex Parisiensis n.* 5278, *saec. XIII, olim Colbertinus n.* 11, *deinde Regius C.* 3594. 7, *fol.* 380 — 393 *(praescr.:* Incipit vita Columbani Scotensis abbatis monasteriorum Luxoviensis atque Eboluensis) *librum I. absque epistula et laterculo capitum exhibet. Textus licet ineunte c.* 1. *minime hiet cum libris A* 2a, *his tamen proximus accedit, sicut ex lectionibus intellegi licet hisce:*

I, 1. refulgentem] refulgentia *A* 2a††† *cum A* 2a. 3;
I, 2. sequens] sedens *A* 2a††† *cum pr. m. A* 2a*;*
I, 17. Cloade] doatis *A* 2a††† *cum A* 2a***.

Vitam 'adhuc pauca de virtutibus sancti Columbani' sequuntur[1] *neque vero Bobiensis sed Hyensis abbatis, idemque*

1) *Catal. Paris. ed. Bolland. I, p.* 477.

V. Columbae fragmentum ex Adamnano depromptum eodem ordine in A $2a^{***}$ *et A* 3 *relatum est. Columbaniana Passio Caeciliae excipit.*

Inspexit H. Lebègue v. c.

A $2a^{++++}$) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5336, *saec. XIV, olim Colbertinus n.* 709, *deinde Regius C.* 3863.12, *fol.* 84'—96 *(praescr.:* Incipit vita sancti Columbani abbatis VIIII. Kl. Decembris), *ipso capite primo caret atque ex versibus c.* 2. *non adest nisi primus. Lectiones codicis A* 2*a in eodem deprehendimus has:*

I, 2. conceptu] conceptus *A* $2a^{++++}$ *cum A* 2*a;*

I, 17. Cui] Nec mireris cur *A* $2a^{++++}$; Nec mireris. Cui *A* 2*a.*

V. Columbani inter Passiones Eadmundi ac Caeciliae locum occupat, sicut in A $2b^2$. $c^{5\,a.\,b}$.

Inspexit H. Lebègue v. c.

Codices originis Britannicae ad hanc classem pertinentes tres solam Vitam Columbani exhibent, omissoque exordio, a c. 2. *incipiunt his verbis:* Incipit vita sancti Columbani (abbatis IX. Kl. Decemb. Beatus igitur *add. A* $2a^2$) Columbanus qui et Columba (q. et C. *om. A* $2a^2$) ortus est in Hibernia insula extremo Oceano sita. Hanc Scottorum gens *cet., ita ut versus barbari fere toti desiderentur. Praeterea finis eiusdem capitis inde a verbis:* Sic Debbora prec. *deest atque maxima capitis* 26. *pars inde a verbis:* Progressusque inde *desideratur. Exempla docent textum quam maxime ab exemplari A* 2*a degenerasse atque lectionibus eiusmodi:*

c. 11. tantaque piscium copia] copiaque *A* $2a^{1.\,2}$

haud magna fides habenda est. Codex tertius (*A* $2a^3$) *initio mutilus est. Librarius A* $2a^2$ *reliquis multo magis interpolationibus grassatus videtur esse:*

I, 21. recipere] *A* $2a^{1.\,3}$ *cum rell.;* confidimus *add. A* $2a^2$;

I, 30. *ex.* cui est] *A* $2a^{1.\,3}$; cum Deo patre et Spiritu sancto honor et *add. A* $2a^2$.

Etsi hi libri ad textum recensendum vix faciunt, certe tamen ex his intellegitur, quantum textus V. Columbani in Britannia a vero aberraverit. Praescriptiones capitum desunt. Subscriptione caret A $2a^1$, *dum in A* $2a^{2.\,3}$ *haec clausula in calce legitur:* Explicit vita sancti Columbani (abbatis *add. A* $2a^3$). *Carmina vitam minime subsequuntur.*

A $2a^1$) *Codex* L o n d i n i e n s i s *Musei Britannici inter Cottonianos Tib. D. IV, saec. XII, post magnum bibliothecae*

incendium denuo ligatus et bipartitus, calamitatis quam vi ignis passus est in V. Columbani (pars I, fol. 125—132*) vestigia servavit non adeo gravia, cum raro unum aut alterum vocabulum legi nequeat.*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. XV.

A 2*a*[2]*) Codex Herefordensis bibliothecae cathedralis P. VII.* 6, *saec. XIII. in., ad passionale quoddam sanctorum pertinens, cuius reliquae partes nunc latent, fol.* 90′ —102, *V. Columbani continet.*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. XVI.

A 2*a*[3]*) Codex Oxoniensis inter Bodleianos Fell* 2 *(antea Fell n.* 4 *et n.* 8688*), saec. XII. ex., olim ecclesiae maioris Salisburiensis, unde cum tribus aliis codicibus hagiographicis Oxoniam translatus atque Fell episcopo commodatus est, ex cuius hereditate a.* 1686. *in bibliothecam quam dixi venit*[1], *p.* 175—193, *mutilus a verbis* per anni *(c.* 7*) incipit, foliisque deperditis, praeterea exciderunt haec:* deferre *(c.* 9*)* — ex parrochi[anis] *(c.* 15*) et* claves *(c.* 17*)* — filios Theuderici *(c.* 19*). Ea quae hoc legendario continentur maxima ex parte in codice praecedente redeunt, quem arta necessitudine cum ipso coniunctum esse patet; in utroque V. Trudonis praecedit Columbani.*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. XVII.

A 2*a*[4]*) Codex Londiniensis Musei Britannici inter Add. mss. n.* 34387, *qui fragmenta diversis temporibus exarata comprehendit, fol.* 6—6′, *saec. XIV, partem V. Columbani, scilicet I,* 7—9, *a verbis:* [subi]to conspiciunt virum — habueritis fidem sicut granum | *exhibet, qui textus aliqua necessitudine cum A* 2*a*[1. 2. 3] *coniunctus videtur esse:*

I, 9. precibus parens, pie petenti larga subvenit potestas] pr. a n n u e n s, pie p. l. s. p. *A* 2*a*[4]; pr. l. pot. a n n u e n s, postulata contulit *A* 2*a*[1. 2].

Capitibus nulla praescripta sunt.

A 2*b) Codex Bruxellensis n.* 9289, *saec. XII, olim* Liber sancti Laurentii in Leodio, *adnotante manu s. XIII (fol.* 195′*), legendarii cuiusdam pars altera vitas n. XCII—CLXXXVIIII. continens, fol.* 90—97′. *CXXVIIII. V. Columbani exhibet, scilicet librum priorem absque epistula, laterculo capitum, carminibus. Incipit igitur I,* 1: Prologus in vita sancti Columbani abbatis. Rutilantem, *neque capitum numeri neque praescriptiones adsunt, sed a librario*

1) *Fata ipsius enarravit Lawlor p.* 36.

posteriore argumenta excogitata marginibusque adscripta sunt.

A 2b) Codex* Namucensis *n.* 15, *saec. XIII. in., olim monasterii S. Huberti in Arduenna silva siti, inter* 5 *permultas sanctorum vitas XLVII. V. Columbani*[1] *exhibet incipientem a c.* 2: Columbanus igitur qui et Columba ortus extitit (= *A* 2*b*) Hybernia insula, extremo Oceano sita. Huius insulae situs *et q. s. Textus accuratissime cum A 2b convenit:*

10 *I,* 2. actum sit] divina prescientia de eo presignaverit *A 2b. b**;

ib. teneretur, subito per intempestam noctem] haberetur, cuiusdam intempestae noctis silentio *A 2b. b**,

15 *nisi quod quae in hoc adsunt c.* 14—16. *desiderantur.*

De hoc libro A. Oger bibliothecae praefectus mihi rescribere numquam defessus est ad ea quae interrogaveram.

A 2b¹) Codices Bruxellensis *n.* 18018, *saec. XII, fol.* 182′—194′, *olim S. Petri Laubiensis, qui V. Columbani* 20 *ad c.* 28. ministrum vocavit *continet, folio ultimo exciso,*

A 2b²) Rotomagensis *n.* 1399 *(U* **2**, *antea U* 48*), saec. XII, olim Gemeticensis*[2], *ibique signatus G I, qui inter Vitas Eadmundi et Caeciliae fol.* 181—185′. *Columbani continet, propter defectum desinens mutilus in c.* 15. 25 omnium, *praemissa praescriptione:* Incipit prologus in (super *A 2b¹*) vita sancti Columbani abbatis (et confessoris *add. A 2b²*), *a verbis* Rutilans atque — micans — monachorum doctrina patrumque s. nobilium virorum condidit v. *incipiunt, ita ut et epistula et laterculus capitum* 30 *desiderentur, textumque V. Columbani eodem fere modo interpolatum exhibent atque editio Mabilloniana.*

A 2b³) Codex Rotomagensis *n.* 1333 *(U* 46, *antea U* 38*), saec. XII, item Gemeticensis*[3], *ibique signatus G* 21, *fol.* 109—131′, *praescr.* Incipit vita sancti Columbani 35 confessoris atque abbatis, quod est XI. Kl. Decembris, *idem initium habet atque praecedentes, sicut ex scripturae specimine intellegi licet, quod publici iuris fecit H. J. Lawlor, tab. XIII.*

A 2b⁴) Codex Rotomagensis *n.* 1410 *(U* 22, *antea* 40 *U* 49*), saec. XIII, olim S. Audoeni, fol.* 73′—88′, *item a* Ru-

1) *Cf. Anal. Boll. I, p.* 500. 2) *'Catalogue général des mss. des bibliothèques publiques des dép. N. S.' I,* 385. 3) *Ib. I,* 328.

tilans atque eximio fulgore[1] *incipit atque sicut in A 2b*[2] *Columbanus Caeciliam praecedit.*

A 2b[5]*) Codex Rotomagensis n.* 1404 *(U* 20, *antea U* 59*), saec. XII, olim Fiscamnensis, fol.* 115, *praetermisso capite I. ab eisdem verbis incipit, quibus c. II. in reliquis huius familiae libris ducitur:* Columbanus igitur qui et Columba dicitur[2] *et q. s. Cum folio insequenti mox altera vita incipiat, V. Columbani textum imperfectum esse opus est, quae inverso ordine Vitam Caeciliae ibi subsequitur.*

A 2b[6]*) Codex Rotomagensis n.* 1415 *(U* 17, *antea U* 68*), saec. XV, olim Fiscamnensis, fol.* 217—219, *textum V. Columbani continet decurtatum*[3].

A 2b[7]*) Codex Parisiensis n.* 11951, *saec. XII, olim Sangermanensis (n.* 16, *postea n.* 500*), fol.* 145—156, *epistula praetermissa iisdem verbis atque A 2b*[1. 2] *incipit textusque V. Columbani inprimis cum libro A 2b*[2] *convenit, quocum post* fonte *(I,* 1*) addit* referti (potati *A 2b. b*[1]), *sed ab omnibus huius familiae libris eo differt, quod finis c.* 17. *ibi desideratur, sicut in B, neque alibi legitur, sicut in A* 3.
Inspexit H. Lebègue v. c.

A 2c) Codex Montepessulanus H. n. 30, *saec. XII/XIII, passionale vetus ecclesiae S. Benigni Divionensis incipiens a Passione S. Catharinae et desinens in Vita S. Francisci, postea bibliothecae Buherianae, ibique signatus A* 24 *(a. MDCCXXI), ante Passionem Caeciliae fol.* 204′ *sqq. V. Columbani librum priorem absque laterculo capitum exhibet, cui haec praescripta sunt:* Incipit epistola Ionae discipuli sancti Columbani ad Waldebertum atque Bobolenum abbates directa — — Explicit epistola. Incipit prologus in vita sancti Columbani abbatis atque confessoris.
Inspexit H. Lebègue v. c.

A 2c[1]*) Codex Divionensis n.* 383, *legendarium monasterii Cisterciensis comprehendens, cuius volumina IV. et V. saec. XII, reliqua autem saec. XIII. exarata sunt eadem quae A* 2 *continet, scilicet*

volumine II, fol. 70′—72′, *V. Athalae (praescr.:* Incipit vita sancti Attali abbatis XIX*), praecedente laterculo capitum II,* 1—10,

1) *'Catalogue général des mss. des bibliothèques publiques des dép. N. S.' I,* 413. 2) *Ib. I,* 399. 3) *Ib. I,* 422.

fol. 79—82. *V. Eustasii (praescr.* Incipit vita sancti Eustasii abbatis XXII) *absque praefatione interpolata, volumine V, fol.* 7—11'. *V. Columbani cum epistula, sed folio exciso magna huius libri pars a verbis* [de]|fer hic. Concito *(c.* 17*) ad* ut omnem pa|[ginam] *(c.* 27*) d ideratur. De locis nonnullis Guignard bibliothecarium consului, senem venerandae canitiei.*

**A* 2c²) *Codex Remensis n.* 1144 (782. 768), *saec. XIII. in., fol.* 52—55, *V. Athalae continet (praescr.:* Incipit vita sancti Attali, cuius festum colitur VI. Idus Maii). *p. 42.

A 2c³) *Codex Parisiensis n.* 5297 *(Colb.* 512, *Regius* 3593*), saec. XIII, olim Fulcardimontensis, fol.* 164—166. *V. Eustasii continet (praescr.:* Incipit vita sancti Eustasii abbatis, cuius transitus colitur quarto Kl. Aprilis XXX) *mediam inter utriusque Iohannis et eremitae et Chrysostomi.*

A 2c⁴) *Codex Montepessulanus H n.* 1, *saec. XIII. in., legendarium magnum S. Mariae Claraevallensis, tom. I, fol.* 133—144, *V. Columbani librum I. absque laterculo et praescriptionibus capitum, subsequentibus Miraculis* [1] *(incip.* Incipit praefatio in miraculis eiusdem. Que Dominus noster per merita), *tom. V, fol.* 180—184, *V. Eustasii textum continet notae inferioris neque vero praefatione interpolata auctum, cui lemma praescriptum est idem, quod in A* 2c³ *legitur. Dies depositionis huius sancti falsus* IIII. Kal. Aprilis *pro IIII. Non. Apr. ut praescriptioni irrepsit, ita in calce post verba:* cum victoriae pace *(II,* 10 *ex.) interpolatus est.*

A 2c⁴ᵃ) *Codex Trecensis n.* 1, *saec. XIII. in., olim S. Mariae Claraevallensis, scilicet legendarii illius de quo modo egi tomus III* [2], *V. Athalae continet, incipiens:* Cum ergo venerabilis Columba *(II,* 1*).*

Etiam auctor magni legendarii francogallici saec. XII. compositi, cuius exemplaria complura aut perfecta aut imperfecta ad nos pervenerunt, ex altero V. Columbani libro nihil admisit nisi V. Athalae et Eustasii, ita ut libris A 2c *eadem atque codici A* 2 *insint, cumque tota materia sex voluminibus disposita sit, Columbaniana hoc ordine sese subsequuntur.*

Tomus II. menses Februarium et Martium comprehendens Vitam Eustasii (II, 7—10*) absque praefatione interpolata mediam exhibet inter Vitas Iohannis et eremitae et Chrysostomi, nisi quod A* 2c⁵ᵃ·ᵈ *in ipso Eustasio desinunt, textusque idem non solum in eo qui eundem ordinem servat*

1) *Bibliotheca hagiogr. lat. n.* 1904. 2) *Cf. 'Catalogue général des mss. des bibl. publ. des départements', tom. II (seriei prioris), p.* 5.

atque ad idem legendarium pertinet codice $A\,2c^{3}$, *sed etiam in* $A\,2c^{1}$ *legitur:*

II, 7. affectu et aequo iure — regebat] a. directus, dum aequo i. — regeret $A\,2c^{5a.\,b.\,c.\,d}$ *cum* $A\,2c^{1.\,3}$;

ib. vicina inhabitabat] *(v. om.)* habitabat $A\,2c^{5a.\,b.\,c.\,d}$ *cum* $A\,2c^{1.\,3}$;

ib. huius filium] et suum f. $A\,2c^{5a.\,b.\,c.\,d}$ *cum* $A\,2c^{1.\,3}$; *difficilibus vero locis medela ex ipso vix speranda est:*

II, 9. barriditatis] garrulitatis $A\,2c^{5a.\,b.\,c}$;

ib. colligatim] catervatim $A\,2c^{5a.\,b.\,c}$.

Dies depositionis falsus: IIII. Kal. Aprilis *eodem loco atque in* $A\,2c^{4}$ *interpolatus est.*

Tomus III. menses Aprilem usque ad Iunium comprehendens V. Athalae inter Theobaldum et Urbanum Lingonicum collocatam continet, praescr.: Incipit vita beati Attali abbatis, cuius festum colitur (est $A\,2c^{5e}$) VI. Idus Mar. *Lectiones communes has adnotavi:*

II, 1. vitam] ita $A\,2c^{5a.\,e.\,f.\,g}$;

II, 5. tempus] scilicet *add.* $A\,2c^{5a.\,e.\,f.\,g}$.

Tomus VI. menses Novembrem et Decembrem comprehendens V. Columbani librum priorem absque laterculo capitum continet, praecedente Passione Eadmundi, subsequentibus iisdem Columbani Miraculis de quibus supra (v. $A\,2c^{4}$*) una cum Passione Caeciliae, textusque hoc modo deformatus est:*

I, 1. micantem] micantem vitam *et infra om.* patrum et vitam $A\,2c^{5a.\,b}$;

ib. egregiae nostris eorum memoriam] ad memoriam aeternam nostris egregie $A\,2c^{5a.\,b}$;

ib. exempla] exemplaria $A\,2c^{5a.\,b}$;

I, 2. Exterorum c. b. nationum] *om.* $A\,2c^{5a.\,b}$.

Praescriptiones subscriptionesque leguntur ante epistulam: Incipit prologus in vita sancti Columbani abbatis, *post eam:* Explicit prologus, *ante c.* 1: Item prologus, *post illud:* Explicit prologus, *ante c.* 2: Incipit vita sancti Columbani abbatis (XI. Kl. Decembris *add.* $A\,2c^{5b}$).

Dum ex plerisque exemplaribus singuli tomi supersunt, unum integrum ad nos pervenit $A\,2c^{5a}$ *soloque tertio tomo caret* $A\,2c^{5b}$.

$A\,2c^{5a}$) *Codices Parisienses saec. XII. ex.,*
n. 16732, *fol.* 185—187′, *V. Eustasii,*
n. 16737, *fol.* 131′—133, *V. Athalae,*
n. 16735, *fol.* 92—100, *V. Columbani,*
olim S. Martini a Campis 1, 1 *et* 1, 6 *et* 1, 4.

Inspexit H. Lebègue v. c.

A $2c^{5b}$*) Codices Parisienses saec. XII. ex. aut XIII. in.,*
n. 17004, *fol.* 180—182′, *V. Eustasii,*
n. 17007, *fol.* 86′—96, *V. Columbani,*
olim Fuliensium 58, 2 *et* 58, 6.
Inspexit H. Lebègue v. c.

A $2c^{5c}$*) Codex Parisiensis n.* 5352, *saec. XIII, olim Colbertinus* 137, *deinde Regius C.* 3593. 3, *fol.* 224′—227, *V. Eustasii.*
Inspexit H. Lebègue v. c.

A $2c^{5d}$*) Codex Autissiodorensis n.* 127 (114), *saec. XII, 'ex bibliotheca Pontiniacensi', fol.* 210′. *V. Eustasii non continet nisi mutilam, desinentem in verbis*[1] *II,* 9. Eustasium obiceret. At ille | .
Textus initium (II, 7*) rogatu meo magna cum liberalitate descripsit C. Porée bibliothecarius urbis Autissiodorensis et archivarius publicus, v. c.*

A $2c^{5e}$*) Codex Parisiensis n.* 11757, *saec. XIII, olim S. Mariae de Regali monte, deinde ex dono Antonii Wionis Herovallis monasterii Sangermanensis (n.* 808, *postea n.* 73*), fol.* 141′—143, *V. Athalae.*
Inspexit H. Lebègue v. c.

A $2c^{5f}$*) Codex Parisiensis n.* 14651, *saec. XV, olim S. Victoris n.* 85, *fol.* 63—65′, *V. Athalae.*
Inspexit H. Lebègue v. c.

A $2c^{5g}$*) Codex Parisiensis n.* 11885, *olim inter residua Sangermanensia n.* 985, *saec. XII, fol.* 44—46′, *V. Athalae solus ex his una cum laterculo capitum exhibet, praescr.:* Incipit vita sancti Attali abbatis.
Inspexit H. Lebègue v. c.

Bini loci in codicibus A 3 *transpositi sunt, unus scilicet epistulae* cum — ergo (vestro *om. A* 3. 3^{*}; *transponunt A* $3'$. $3''$. 3^{**}. 3^{***}. 3^{****}. 3^{*****}; libramine *assumpsit A* 3^{*}*) in altera praefatione (c.* 1*) post verba* turbines (turbi::nes *A* 3^{***}) et *et ante* fluctuante (*ita A* 3^{*}; tuante *A* $3''$. 3^{***}. 3^{****}; tnante, *in marg.* | rbante *A* 3^{**}; tumultuante *A* 3. $3^{\dagger}$. $3^{\dagger\dagger}$; turbante *A* 3^{*****}*), alter c.* 3. (et *om.*) pubertas — adolescentem *in c.* 4. *consistit. In exemplari enim communi unde hi libri pendent folia bina loco suo mota esse patet. Interim epistula ipsa ita truncata non extat nisi in A* 3. $3'$. $3''$. 3^{*}, *dum a plerisque libris omnino abest, in aliis aliunde aut prima manu*

1) *'Catalogue général des mss. des bibliothèques publ. des dép. N. S.'* (1887) *VI, p.* 54.

(A $3x^1$) aut recentiore (A 3^{***}) suppleta legitur. Laterculus capitum in omnibus desideratur. Sunt autem codices A 3 praeter tres primos duosque postremos omnes ex dioecesi Treverica oriundi, atque inter Trevericos illos longe praestat A 3^*, quem recta via ex exemplari communi pendere ex locis intellegitur, quos supra attuli. Reliqui igitur propiore necessitudine inter se cohaerent, inprimis A 3. $3'$. $3''$ et A $3^{\dagger}$. A $3^{\dagger\dagger}$; plerisque vero aliorum codicum lectiones illatae sunt. Finis c. 17. *in A* 3. $3'$. $3''$. 3^*. $3x^1$. x^2 *post c.* 15. *transpositus est, in reliquis suo loco legitur atque textus utriusque generis item diversam condicionem servat, cum hi cum A 1c manifesto conveniant, illi vero ab A 1c. 2. certe discrepent. Locum igitur probabile est exemplari communi defuisse a diversis librariis diverso modo suppletum. Lectiones A 1c una alteraque vel codicibus A $3'$. $3''$. 3^* illatae sunt, e. gr.*

c. 17. amator] *A* 3 *cum rell.;* amatricem *A* $3'$. $3''$. 3^*. 3^{**}. 3^{***}. 3^{****}. $3^{\dagger\dagger}$ *cum A* 1c. *d,*

locusque c. 16. quod — referam *in A* 3. $3'$. $3''$. $3x^{1.2}$. 4. *B* 1*a*. 2 *omissus legitur in A* 3^*. 3^{**}. 3^{***}. 3^{****}. $3^{\dagger}$. $3^{\dagger\dagger}$. *Plerumque vero reliqui Treverici lectiones A* 1c *exhibent, dum A* 3. $3'$. $3''$. 3^* *textum exemplaris integrum servant. Itaque locus c.* 20. *per libros A* 3. $3'$. $3''$ *optime traditus est, quibuscum fere facit A* 3^**:* Inter quos Rogomundus primus erat, qui eum inametis usque perduxit, *sed A* 3^{**} *eum ita contraxit sicuti A* 1c, *omissis verbis:* qui eum N. usque perduxit, *atque A* 3^{***}. 3^{****}. $3^{\dagger}$. $3^{\dagger\dagger}$. *omissa ita restituerunt, sicut in A* 1*a illa leguntur:* (qui eum *om.*). Nam metus (Nametum *A* $3^{\dagger}$. $3^{\dagger\dagger}$) u. perduxit (perductus est *A* $3^{\dagger}$. $3^{\dagger\dagger}$). Inter quos pr. Ragumundus (Ragamundus *A* $3^{\dagger}$. $3^{\dagger\dagger}$) erat cum (cum *om. A* $3^{\dagger}$. $3^{\dagger\dagger}$). *Lectiones cum A* 1c *consentientes ex reliquis adnotare libet has:*

c. 14. praefectus] *A* 3. $3'$. $3''$. 3^*; factus *A* 3^{**}. 3^{***}. 3^{****}. $3^{\dagger}$. $3^{\dagger\dagger}$ *cum A* 1*b**. *c**. *d;*

c. 15. ex parrochianis] *A* 3. $3'$. $3''$ 3^*; expers rac(t)ionis *A* 3^{**}. 3^{***}. 3^{****}. $3^{\dagger\dagger}$ *cum A* 1*c*; expar rationis *A* 1*d;*

c. 19. Brocariacum] Brucariacum *A* 3. 3^*; Bocariacum *A* $3'$. $3''$. 3^{**}. 3^{***}. 3^{****}. $3^{\dagger\dagger}$ *cum A* 1c. *d;*

ib. ad eum] *A* $3'$. $3''$. 3. 3^*; ad regem Theodericum adeo *A* 3^{**}. 3^{***}. 3^{****}. $3^{\dagger\dagger}$ *cum A* 1c. *d;*

neque libri A 3^{**}. 3^{***}. 3^{****}. $3^{\dagger\dagger}$ *ibi hiant ubi A* 3. $3'$. $3''$. 3^*, *exhibentes c.* 17. *locum:* sancti sod. amissionem gaudio temperavit *atque paulo supra verba:* igitur (i. *om. A* 3^{****}) beatus Columbanus (i. b. *om.*, C. qui et C. *A* $3^{\dagger\dagger}$). *Qui*

cum textum contaminatum contineant, ad veram exemplaris primarii naturam perspiciendam idonei minime erant.

A 3) *Codex* ***Mettensis*** *n.* 523, *saec. XI. ex., formae octavae, fol.* 19—51, *V. Columbani exhibet et laterculo* 5 *capitum et praescriptionibus destitutam. Sequitur altera Columbani vita (praescr.* Vita sancti Columbani abbatis genere Scotici qui in Britannia requiescit), *quae licet sancti nostri verbis (MG. Ep. III,* 176, *l.* 37) *de Columbani nomine abutatur, tamen ad ipsum minime spectat, sed ad Hyensem* [1].

10 *Scripturae specimen dedit Lawlor tab. I.*

A 3′) *Codices monasterii* ***Runensis*** [2] *(Rein prope Gratwein in Styria) n.* 51, *saec. XII. ex., fol.* 31′—70, *et*

A 3″) ***Campililiensis*** *n.* 74, *saec. XV, chartaceus, olim, 'monasterii sanctae Mariae'* [3], *fol.* 73—88′,

15 *cum praecedente, quocum etiam epistulam continent, adeo conveniunt, ut tres eodem loco hient (c.* 2) *hiatumque eodem modo suppleant (c.* 12); *nonnulla vero illius menda ex his corrigi licet liberque recentior vetustiorem nonnumquam superat.*

Utrumque librum Wratislaviae tractare potui, faventibus 20 *bibliothecariis P. A. Weiss et P. Wrba, viris revendissimis.*

A 3*) *Codex* ***Trevericus*** *seminarii episcopalis n.* 36 *(antea R n. I,* 12), *saec. XIII, legendarii S. Maximini tomus mensem Novembrem comprehendens* [4], *fol.* 116—132′, *V. Columbani textum una cum epistula exhibet eundem ex* 25 *quo editio Flemingi pendet, de qua v. infra p.* 141.

A 3**) *Codex* ***Parisiensis*** [5], *'Nouv. acq. lat.' n.* 1836, *antea Monacensis bibliothecae* ***Goerresianae*** *n.* 72, *saec. XIII, olim monasterii S. Mariae Himmenrodensis ord. Cisterc., dioec. Trevericae, fol.* 61—80, *V. Columbani librum* 30 *priorem exhibet, incipiens absque epistula et laterculo capitum:* Prologus in vitam sancti Columbani abbatis et confessoris. Rutilantem *(I,* 1). *Praescriptiones capitum marginibus additae per glutinatorem partim perierunt.*

A 3***) *Codex* ***Trevericus*** *bibliothecae ecclesiae cathe-* 35 *dralis n.* 93[a], *saec. XII, olim monasterii S. Mathiae ('alias M. I. N.* 14, *modo* 308' *m. s. XVIII. fol.* 2. *adnotavit), quod primo S. Euchario dicatum erat, unde ultimo fol.* 109′. *haec manu saec. XII. illata sunt:* Libellus sancti Eucharii

1) *Cf. Bibl. hagiogr. lat. n.* 1889. 2) *Cf. Xenia Bernardina II,* 1, 40 *p.* 35. 3) *'Klein Mariazell'; v. ib. p.* 507. 4) *Cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 628. 5) *Cf. H. Omont, 'Bibliothèque de l'école des chartes'* (1903), *LXIV, p.* 27, *et 'Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque nationale' XXXVIII,* 1 (1903), *p.* 363—366.

primi Trevirorum archiepiscopi (*superscr.* Ludowicus abbas, *scilicet S. Mathiae c. a.* 1169—1182[1]). Si quis eum abstulerit, anathema sit, *inter vitas sanctorum, quae fol.* 109. *m. s. XII. ita enumeratae sunt:* In isto libro continentur vitae sanctorum Columbani abbatis, Iohannis Alexandrini archiepiscopi, Remacli episcopi, Adalheidae augustae, pars quaedam de vita sancti Magni Campaniae urbis doctoris, vita Helenae, de adventu sancti Agricii patriarchae[2], *primam exhibet Columbani, fol.* 3—21, *eodem modo inscriptam incipientemque atque A* 3**, *sed quae deerat Ionae epistula m. s. XV. fol.* 2. 2′. *item e codice quodam A* 3 *suppleta est, cui verba* cum facta — ergo vestro *deessent. Praescriptiones capitum desiderantur. Excisis foliis quattuor post fol.* 20. *textus hiat, desinens:* super fluviolum Resbacem ex sup̄ | (*c.* 26), *rediensque* | stitutis educaret (*c.* 30).

A 3***) *Codex T r e v e r i c u s bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1349, *Num. loc.* 91 *(antea n. XXXII), saec. XVI. in., olim monasterii S. Mauritii Tholegiensis, deinde O. de Cohausen Confluentini, qui eum a.* 1819. *bibliothecae publicae quam dixi dono dedit, fol.* 96′—110′. *V. Columbani librum I. absque epistula continet, capitibus non distinctis (praescr.:* Incipit prologus in vitam sancti Columbani abbatis). *Altera c.* 2. *pars inde a verbis* ut fides quam *usque ad* m. sacerdotum ecclesie *bis scripta est, sed priora deleta sunt. Cum libro praecedente et lectio c.* 1. tuante *pro* fluctuante *convenit et finis c.* 17. *suo loco collocatus, ubi* spiriolum *super* squirium *superscriptum est in A* 3**, *in textu vero legitur libri A* 3***.

A 3*****) *Codex M o n t e n s i s bibliothecae urbanae nr.* 26. 210. 8402, *tom. II, saec. XIII, item Trevericis adnumerandus, quippe qui ex monasterio virginum 'in Eiflia prope Kilburg' sito (hodie Münstereifel), dioeceseos scilicet Trevericae, in conventum Montensem Carmelitarum discalceatorum transierit, fol.* 190—205′, *V. Columbani (inc. I,* 1. Rutilantem atque eximio[3]) *exhibet, cui c.* 23. *et* 26. 27. *ad verba:* ecclesiae sinibus reducebat *desunt, cumque de ipso relata sint*[4], *prologo, scilicet capiti* 1, *inserta esse ea quae epistulae in editis attributa sunt, mox suspicatus sum verba eadem transposita esse quae in praecedentibus. Interim Eduardus Poncelet archivarius Montensis, collega doctissimus,*

1) *Cf. SS. VIII,* 226. 2) *Codicem descripsit Sauerland, 'Trierer Geschichtsquellen des* 11. *Jahrh.', Treveris* 1889, *p.* 58*: 'Über die Doppelvita S. Helenae und S. Agricii'.* 3) *Cf. 'Arch.' VIII, p.* 473. 4) *Anal. Boll. IX, p.* 269.

examinato codice, id me non fefellisse confirmavit, describens locum interpolatum c. 1. ita: Ea ergo, vestro turbante mundo.

A 3†) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n.* 2802, *saec. XIII, fol.* 140—147′, *passionalis* 5 *sanctorum Arinsteinensis tomus III (v. supra A* 1b⁶*) ideoque cum Trevericis coniunctus, etiam V. Galli continet, unde ipsum alibi iam attuleram*[1]. *Praescriptiones capitum desiderantur. A praecedentibus huius familiae libris textus eo discrepat, quod e locis transpositis alter, scilicet epistulae,* 10 *quae ipsa omissa est, verba I,* 1. aggredimur texere gesta *neque* turbines *subsequitur atque quam maxime retractatus est:* invidiam arrogantium vel inerciam negligentium non valde curantes, quorum alii facta aliena magis quaerunt reprehendere — vitam edisserit, *post quem* 15 *librarius verba:* Qui etsi nec meritorum — fonte repleti simus *ante* Erit tamen *iteravit, dum alter eundem locum atque in reliquis cognatis occupat. Lectiones nonnullas cum A* 3 *consentientes discrepante libro A* 3* *attulit Lawlor p.* 85 *sq.*

20 *Scripturae specimen dedit idem tab. XIV. Ex ipso intellegitur, librum saec. XIII. in catalogo bibliothecae recte attributum esse, quem Lawlor in praecedens promovere maluit.*

A 3††) *Codex Confluentinus*[2] *bibliothecae gymnasii n.* 5, *saec. XIV, scriptus a 'Godefrido de Andernacho, pres-* 25 *bytero, capellano altaris sancti Mauricii in ecclesia Monasteriensi in Meynewelth', scilicet Trevericae dioeceseos loci qui hodie vocatur Münstermaifeld prope Mayen siti ('Reg.-Bez. Coblenz'), fol.* 271′—285′, *eadem atque liber praecedens continet eodem modo perturbata atque retractata (cf. I,* 1*),* 30 *quare ea quae de illo attuleram etiam ad hunc spectant.*

A 3x¹) *Codex Parisiensis n.* 5293, *olim Peirescianus, deinde Mazarinaeus, postea Regius C.* 3654, *saec. XIII, fol.* 155′—171, *V. Columbani una cum epistula (praescr.* Incipit prologus Ione in vita sancti Columbani abbatis. 35 XXXVII) *et praefatione (c.* 1. *praescr.* Incipit secundus prologus, *subscr.* Explicit prologus; *c.* 2. *praescr.* Incipit vita*) continet, subsequente Passione Caeciliae. Versus barbari in c.* 2. *non adsunt inde ab* Expectatque. *Cum finis c.* 17. *post c.* 15. *transpositus sit, sicut in A* 3. 3′. 3′*. 3*, *liber* 40 *sine dubio huic familiae adnumerandus est, sed epistula ibi non hiat neque praefationi locus alienus insertus est. Prae-*

1) *Scr. rer. Meroving. IV,* 246. 2) *Cf. E. Dronke, 'Beiträge z. Bibliographie u. Litteraturgesch.', Confluentiae* 1837, *I, p.* 106—110.

terea tot lectiones B in eodem deprehenduntur, ut librum ad eiusmodi exemplar correctum esse pateat:

Ep. conibentia] conventione *A* 3*x*[1] *cum B* 1*a*. 2;
c. 12. sinu] speleo *A* 3*x*[1] *cum B* 1*a*. 2;
c. 30. laboris] praemio vires resumat *add. A* 3*x*[1] *cum* 5 *B* 1*a*. 2.

Inspexit Henricus Lebègue v. c.

A 3*x*[2]) *Codex* ***Mediolanensis*** *bibliothecae Ambrosianae B* 33 *inf. (antea Q), saec. XIII, olim Vallis S. Hugonis, eadem fere atque praecedens eodem ordine exhibet* 10 *atque fol.* 133′—148. *V. Columbani una cum epistula (praescr.* Incipit prologus Ionę in vitam beati Columbani abbatis), *laterculo capitum, praefatione (c.* 1. *praescr.* Item alius prologus) *inest*[1]. *Ineunte epistula* Bobolino *(ita B* 1*b*. 2) *et* Memini ante *leguntur sicut in A* 3*x*[1] *atque finis c.* 17. *ibi* 15 *eundem locum occupat, sicut in eodem, scilicet post c.* 15.

Locos nonnullos petente me inspexit Antonius Ceriani bibliothecae Ambrosianae praefectus celeberrimus.

A 4) *Codex* ***Bernensis*** *n.* 48, *saec. XI, olim Floriacensis teste M. Petschenig*[2], *fol.* 184′—191′. *V. Columbani* 20 *inde a praefatione (I,* 1) Rutilantem *ad c.* 17. processerat *exhibet, ita ut fol.* 191′. *minime consumptum sit. Laterculus capitum, qui praefationem subsequitur neque praecedit sicut in reliquis libris, eodem modo atque in A* 1*a*. *c desinit. Praescriptiones capitum pleraeque adsunt neque vero scriptura* 25 *atramentove distinctae sunt.*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. II. III.

A 4*a*) *Codex* ***Parisiensis*** *bibliothecae Mazarinaeae n.* 1712 (1316), *saec. XII. in monasterio S. Arnulfi Crispiacensi (hodie Crépy-en-Valois, dép. Oise) exaratus,* 30 *deinde S. Martini a Campis, fol.* 229. *V. Columbani absque epistula (inc.* Rutilante *I,* 1) *exhibet, quam V. Mariae Aegyptiacae auctore Hildeberto fol.* 257′. *subsequitur*[3]. *Praescriptiones capitum adsunt minio pictae, dum quem codex praecedens exhibet laterculus desideratur. Textus vero ultra* 35 *A* 4 *porrigitur, additis non solum fine c.* 17, *sed etiam capitibus* 29. *et* 30. *Librarius qui codicem exaravit neglegens et stolidus textum misere corrupit:*

I, 2. mundo late tremulo] dum mundo latet in remulo *A* 4*a*, 40

1) *Cf. Anal. Boll. XI,* 222; *Lawlor p.* 45. 2) *Ed. Victoris Vitensis, Corpus scr. eccl. lat. VII, p. III.* 3) *Cf. 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publiques de France, Paris, Bibliothèque Mazarine', Parisiis* 1881. *II, p.* 187.

haud pauca verba omisit, quae in A 4 leguntur, neque orthographicis pepercit (phomtiphex *pro* pontifex). *Attamen etiam bona haud pauca in hoc libro deprehenduntur, deficiente gemello ipsius, veluti vocabula nonnulla exhibet quae* 5 *in hoc desiderantur, immo versum unum vel duos:*

I, 12. inoboedientes — anni] *A* 4*a cum rell.; om. A* 4, *atque ipso reperto de condicione huius classis melius iudicari nunc licet quam antea.*

Postquam Armandus d'Artois bibliothecae praefectus 10 *locos nonnullos rogatu meo exscribendos curavit, de natura textus instructus, codicem in usum nostrum conferendum commisi H. Lebègue v. c.*

A 4*b) Codex Parisiensis n.* 5360, *saec. XIV, olim Mazarinaeus, deinde Regius C.* 4197, *fol.* 196—205', *V.* 15 *Columbani ante Passionem Caeciliae exhibet, praetermissis epistula laterculoque, atque capiti I. praescripta sunt haec:* Prologus in vita sancti Columbani abbatis. *Textus nonnulla huius classis vestigia praebet:*

I, 1. famam] formam *A* 4*b cum A* 4. 4*a*;
20 *ib.* flatu] fluctu *A* 4*b cum A* 4*a*;

sed quam maxime immutatus atque interpolatus est:

I, 1. plerique aliorum] plerique etiam alii idem aggressi sunt opus eorum *A* 4*b*;
ecclesiae] *add.* divino suffragante auxilio *A* 4*b*;
25 *I,* 2. Expectatque — insule situs] que solis occasum spectat et occiduas ponti descendit in umbras. Cuius insule situs *A* 4*b*;
ib. fide praepollet] fidei normam transcendit *A* 4*b*.

Finis c. 17. *cum A* 1*c. d convenit:*
30 viri] ut viri *A* 4*b cum A* 1*c. d.*

Inspexit H. Lebègue v. c.

Codices V. Columbani A 5, *qui et epistula et laterculo capitum privati item a praefatione (I,* 1*)* Rutilantem *incipiunt neque carmina continent, mendis propriis inter se* 35 *coniuncti sunt his:*

I, 1. praeterita] per certa *A* 5*a*; pro certo *A* 5*b*. 5*b**. *b***. *b****;
I, 2. pepulit] reppulit *A* 5*a*. 5*b*. 5*b**. *b***. *b****;
ib. celebrae] crebre *A* 5*a*. *b*. *b**** *(non A* 5*b**. *b****)*;
40 *I,* 17. processerant] processit *A* 5*a*. *b*. *b**. *b***. *b****,

modoque cum codice A 3 *faciunt:*

I, 3. pilis] *A* 5*a cum A* 3. *B* 1*a*. *b*; p̄liis *B* 2; bellis *A* 5*b*. *b**. *b***. *b****; telis *A* 4 *cum A* 1*a*. *c*. *d*. 2;

I, 12. longitas] *A* 3. *B* 1*a*. 2; longitate *A* 5*b*. *b**. *b***. *b****; longitudo *rell.*;

modo cum A 4:

I, 2. quo truces] *A* 3 *cum rell.;* quod cruces *A* 5*a (deficiunt A* 5*b*. *b**. *b***. *b*****);* quot cruces *A* 4 *(pr. m.);* 5

I, 4. vicesimum] *A* 3 *cum rell.;* tricesimum *A* 5*a*. *b*. *b**. *b***. *b**** *cum A* 4. 4*a*. *B* 1*a*. 2;

I, 14. Dei] intercessione *add. A* 5*b*. *b**. *b***. *b**** *cum B* 1*a*. 2; intercessionis *add. A* 4. 4*a*.

*p. 43. **Locus ad Chagnoaldi relationem spectans c.* 17. *ex. praetermissus neque sicut in A* 3 *in calce c.* 15. *suppletus est.* 10

A 5*a) Codex* ***Suerinensis*** *bibliothecae gentis* ***Kade*** *a.* 1204, *ut videtur, exaratus inter alias legendas, fol.* 55′—81′. *V. Columbani continet*[1], *capitum distinctione praescriptionibusque destitutam.* 15

Inspexit O. Holder-Egger v. c.

A 5*b) Codex* ***Coloniensis*** *archivi urbani n.* 164[b] *(antea n.* 170. *et bibliothecae Wallrafianae VI,* 11*), saec. XV, passionalis sanctorum volumen quartum dies IV. Id. Nov. ad II. Kal. Dec. comprehendens, olim canonicorum regularium Coloniensium, fol.* 49′—65. *V. Columbani exhibet.* 20

A 5*b** *et A* 5*b****) Codices* ***Traiectini*** *bibliothecae universitatis duo, unus scilicet*

n. 390 *(Eccl. n.* 23*), antea n.* 248 *o et* 288 *m, fol.* 87—99′, *a.* 1421. *per fratrem Swederum e Carthusiensibus prope Traiectum inferius sitis exaratus, alter qui ex ipso pendere videtur,* 25

n. 394 *(Eccl. n.* 98*), antea n.* 244*c et* 283*h, fol.* 136′—157′, *a.* 1463. *per manus Ghysberti Berchmaker in monasterio canonicorum regularium Traiectensi scriptus, iisdem et mendis et hiatibus laborant atque A* 5*b, nisi quod I,* 2. celebre *exhibent neque* crebre, *sicut A* 5*a*. *b*. 30

A 5*b*****) Codex* ***Hagae-Comitum*** *L* 29 *(Weesp* 14*), olim 'Liber sororum Sanctae Katerinae Muden', a.* 1461. *'per manus Petri Zwaninc in Weesp' exaratus, fol.* 297′—308′. 35

A 6*) Codex* ***Parisiensis*** *n.* 5330, *olim Colbertinus n.* 2081, *deinde Regius C.* 3864. 2. 2, *saec. XIII, fol.* 52—72′, *praescr.:* Incipit vita sancti Columbani abbatis, que est VIIII. K. Decemb., *eadem atque libri A* 5 *continet, sed folio ultimo deperdito desinit mutilus in verbis c.* 30: qui regi indicavit se in solitudine. *Finis c.* 17. *desideratur* 40

1) *Codicem descripsit Reinhardus Kade, 'N. Arch.' VIII,* 365; *SS. XV,* 709.

atque textus cum classe praecedente necessitudine quadam coniunctus est:

I, 1. praeterita] posteris *A* 6; per certa *vel* pro certo *A* 5;
5 *ib.* quatiente] concuciente *A* 6 *cum A* 5*a*;
I, 2. quo truces] quod truces *A* 6; quod cruces *A* 5*a*;
I, 3. pilis] *A* 6 *cum A* 3. 5*a*. *B;*
I, 4. Vicensimum] Tricesimum *A* 6 *cum A* 4. 5. *B,* *sicut locum c.* 20. *ad Ragumundum spectantem librarius cum*
10 *A* 3. 5. *B bene servavit. Attamen tot peculiaria in hoc codice deprehenduntur, ut ipsum separatim enumerare mallem. Post verba c.* 1. scientie fonte *A* 6 *addit* confessi, *ubi alii alia interpolaverunt, atque paulo infra textu omnino immutato idem ita pergit:* refulgentem stilo pertenui prae-
15 sumpsimus adgredi vitam. Columbanus igitur simplicitatem animi etiam nominis vocabulo signans ortus est Hibernia *(ita incipit c.* 2*). Librarius verba persaepé male intellegens textum misere depravavit:*
I, 2. nota litora] nataliter ora *A* 6;
20 *ib.* candore terras] candor et terras *A* 6;
ib. calore madentem] calorem ad omnem *A* 6;
ib. Exterorum] hec tororum *A* 6,
alteroque, nisi fallor, parum articulatim dictante codicem exaravit.
25 *Inspexit H. Lebègue v. c.*

Classis Italica licet modice retractata sit, aliquot tamen locis lectionem veram accuratissime conservasse videtur, magnaque eidem auctoritas in rebus grammaticis et orthographicis attribuenda est. Huius enim recensionis codices supersunt
30 *et antiquitate praestantes et accurate scripti. At per deos immortales dies ater bibliothecae Taurinensi interim illuxit, in qua celeberrimi Bobienses illi codices asservantur, cumque de fato eorum pertimescens ad bibliothecae praefectum litteras dedissem, eo nimium occupato Carolus comes Ci-*
35 *polla vir doctissimus, qui cum aliis universitatis professoribus in reliquiis ordinandis et restituendis nunc versatur, responsum reddidit, nonnullos e V. Columbani codicibus primis post incendium diebus a se visos esse sanos verique non dissimile esse ipsos vetustiores B* 1*a*. *b adhuc extare quamvis plus*
40 *minusve laesos, licet pro certo id affirmare nollet. Signa enim libris imposita fere omnia perierunt neque fieri potest, ut usui publico ipsi tradantur nisi longo intervallo. Haec testis oculati verba viros litteratos celare nolui.*

B 1*a*) *Codex Taurinensis bibliothecae nationalis F IV,* 26 *(antea n.* 20*), saec. X. in., olim* Liber sancti [151][1] Columbani de Bobio, *sicut m. saec. XIV. in superiore marg. fol.* 1. *adnotavit, utrumque Ionae librum omnibus fere numeris perfectum continet. Insunt enim:*

fol. 1—36′. *V. Columbani, cui laterculus capitum et hymnus posterior desunt,*
fol. 36′—42. *V. Athalae (II,* 1—6*),*
fol. 42—49′. *V. Bertulfi (II,* 23—25*),*
fol. 49′—58. *V. Eustasii (II,* 7—10*),*
fol. 58—70′. *Miracula Evoriacensia (II,* 11—22*),*
fol. 70′—72. *Versus de Bobuleno ad hunc librum SS. R. Merov. IV, p.* 153 *sqq. editi,*
fol. 72—125. *V. S. Galli auctore Walahfrido (nobis* 3*a), quam versus subsequuntur hi:*

Aeterni genitrix regis, tibi, virgo Maria,
Hunc Amalfredus librum sanctoque Columbae
Offert, salvari deprecans munere vestro.

Scriptura paginae primae evanida manu recentiore restaurata est.

B 1*a**) *Codex bibliothecae comitis de Leicester in Holkham Hall (Norfolk) asservatae n.* 129, *saec. XI/XII, olim Iohannis Baptistae de Lignamine episcopi Concordiensis, quo mortuo a.* 1455. *monachis S. Iohannis in Viridario Paduano venit, ideoque Italicis adnumerandus, fol.* 35—55, *lemmate praescripto hoc:* Incipit vita sancti Columbani abbatis *medio in capite I,* 2, *scilicet a verbis* Natus ergo, *incipit arteque cum B* 1*a coniunctus est. Praescriptiones capitum desiderantur solusque liber prior codici inest.*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. XI.

B 1*b*) *Codex Taurinensis bibliothecae nationalis F IV,* 12, *saec. X. ex. opulentissime exaratus in monasterio Bobiensi, ubi n.* 150. *signatus erat*[2], *primo fol.* 1ᵃ. 1ᵇ—53′. *Vitam Columbani solam una cum carminibus continebat, textum scilicet libri B* 1*a persimilem neque vero ex ipso descriptum,*

1) *Numerus ad inventarium a.* 1461. *pertinet; cf. Ottino, 'I codici Bobbiesi nella Biblioteca nazionale di Torino', Taurini* 1890, *p.* 37.
2) *Folio praefixo haec adscripta sunt:* Anno Domini 1620ᵐᵒ domnus Stephanus Martin religiosus in celebri abbatia sancti Petri de Luxovio et Guilielmus Valot presbyter eius comes, dicti Luxovii familiaris, in Bobium expresse peregrinati sunt, ut corpus divi Columbani inviserent. Huc autem apulerunt die dominica undecima mensis Octobris ut supra.
Felix Luxovium servans documenta Columbae,
Felicior Bobium corporis ossa tenens.

atque qui ibi desiderantur laterculus capitum hymnusque alter hic adsunt. Etsi liber eandem fidem atque gemellus non meretur, hic illic non sine licentia immutatus[1]*, tamen ultimum alterius carminis versum solus exhibet, qui ab* *omnibus quos *p. 44.
5 *vidi codicibus A abest. Librarius saec. XI. alterum quoque Ionae librum eo ordine quo in B* 1*a continetur addidit una cum versibus de Bobuleno, ita ut codex iam eadem comprehendat ac praecedens, ex quo pars posterior pendere videtur*[2]*, aliique alia libro intulerunt de Columbano scripta:*

10 *fol.* 64—70. *V. Athalae (II,* 1—6*),*
fol. 70—78'. *V. Bertulfi (II,* 23—25*),*
fol. 79—88. *V. Eustasii (II,* 7—10*),*
fol. 88—101'. *Miracula Evoriacensia (II,* 11—22*),*
fol. 102—103. *Versus de Bobuleno.*

15 *Sequuntur miracula Columbani m. s. XI/XII. exarata, quorum prior pars (fol.* 103'—107'*) ad c.* 7. *m. s. XIV. (praescr.* Incipiunt capitula libri secundi de virtutibus et miraculis sancti Columbani — —. Incipit praefaciuncula de virtutibus sancti Columbani, *inc.* Quoniam
20 gesta et miiacula), *finis (fol.* 206*) a verbis c.* 26. paululum aque *m. s. XV. suppleta sunt, clausula subscripta hac:* Explicit translatio corporis beati Columbani a Bobio in Papia et relatio ipsius corporis a (Papia in Bo *evanuerunt*) bio, ubi per ipsius virtutes, domino nostro Yesu Christo
25 concedente, multa et magna sunt perpetrata miracula[3].

Specimen scripturae inter Monumenta palaeographica sacra, auctoribus F. Carta, C. Cipolla, C. Frati, Augustae Taurinorum 1899, *tab. XV, publici iuris factum est*[4]*, quod monente W. Levison socio meo alteram laterculi partem a*
30 *c.* 19 *(ibi* 21*) ad* Rutilantem *(I,* 1*) comprehendit.*

B 1*b* et B* 1*b**) Codices* T a u r i n e n s e s[5] *bibliothecae nationalis alter F III,* 15, *saec. XI, olim Bobiensis n.* 169, *fol.* 29. *V. Columbani solam, alter F II,* 10, *saec. XI, olim Bobiensis n.* 7, *breviarium monasticum comprehendens, fol.* 45.
35 *V. Athalae, fol.* 68. *V. Eustasii, fol.* 145. *V. Bertulfi, fol.* 145.

1) *V. Columb. c.* 19. inlaturam] *rell.;* inferendam *B* 1*b; c.* 20. revertisset] *rell.;* reversus fuisset *B* 1*b*. 2) *Id quod ex his locis concludi licet: II,* 22. aggressus antiquus anguis denuo per transgressionis vitium] aggressus vitium (antiqus anguis d. per tr. vitium *pr. m. in marg.*
40 *suppl.) B* 1*a;* aggr. vicium antiquus a. d. per tr. vicium *B* 1*b; II,* 25. dedisset osculum] (pacem *m. al. suppl.*) d. *B* 1*a;* pacem d. *B* 1*b*. 3) *Ed. Rossetti, 'Bobbio illustrato' II,* 149—181, *ubi prior pars ad c.* 7. *desideratur.* 4) *Cf. L. Traube, 'N. Arch.' XXVI, p.* 230. 5) *Cf. Ottino l. l. p.* 11. 20.

Translationem corporis Columbani, fol. 147. *Historias varias de primis Bobiensibus monachis, fol.* 232. *V. Columbani continent. Utrumque L. Bethmann b. m. quondam inspexit.*

B 1*c*) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Add. mss. n.* 21917, *saec. XI, fol.* 6—19′ (*fol.* 1—5. *chartacea postea praefixa sunt*) *librum primum continet initio fineque destitutum. Incipit a verbis c.* 10. *ex.* fuerit prudens lector vel auditor, *folioque deperdito, inter c.* 20. XII [occurrerunt] *et c.* 21. [interiorem] lumen *hians, in verbis c.* 30. a Theoderico Theodebertum *desinit. E lectionibus, quas rogatu meo I. H. Jeayes Londiniensis officiosissime exscripsit, certo certius intellegitur librum ad hanc classem pertinere, e. gr.:*

c. 20. Inter quos primus R. erat, qui eum Metis (Memetis *B* 1*b*) u. p., u. fr.;

c. 30. *praescr.* De ingressu eius in Italia et Agilulfi regis honorifica susceptione, immo Arriane perfidiae penes Mediolanium superatione ac monasterii Bobiensis in signo et virtute miraculi constructione et de legatione venerabilis Eusthasii a rege Clothario cum supplemento publico post beatum Columbanum cum omni honore est directa.

Fol. 20—26. *V. Eustasii* (*II,* 7—10) *interpolata eodem modo atque in A* 2*a librum primum subsequitur, praecedente laterculo* 6 *capitum, qui mutilus a verbis tertii incipit his:* | cum corporis reddito (= *lat. II,* 7). *Textus ille item folio deperdito hians (desunt c.* 10. erant huius adsertionis — contemplanda misticorum) *accurate cum A* 2*a convenit, qui quaternione deficiente integer ad nos non pervenit, atque in ea parte plerumque cum A* 2 *facit, sed verba minime praetermisit, quae in ipso praetermissa sunt, atque praeter lectiones communes (e. gr. c.* 9. tellicatim, tondi) *etiam discrepantes exhibet, e quibus has commemorare libet: c.* 8. coxit] correpsit; *ib.* oppidi] *add.* episcopus; *c.* 9. faciditate] facilitate; *c.* 10. instruit] instruxit; *ib.* Num] Non; *ib.* expers] experiens; *ib.* reddidit] III. Kl. Maias *add., etsi Eustasium die* 2. *Aprilis obiisse constat. Haec codicis pars ut e libro quodam A* 2*a deprompta est, ita fol.* 26—34. *eundem quem hic continet Libellum de Eustasii atque Waldeberti abb. Luxov. virtutibus auctore Adsone. De Gallicana ipsius origine dubitari vix licet. Ad V. Deicoli*[1] *edendam eum adhibuit G. Waitz b. m.*

1) *SS. XV, p.* 675.

Ex scripturae specimine, quod H. J. Lawlor (tab. VI) publici iuris fecit, certo certius intellegitur codicem saec. XI. neque saec. X. attribuendum esse.

B 1*d*) *Codex Admontensis n.* 2, *saec. XI, litteris initialibus pulcherrime pictis, cum summa diligentia exaratus, fol.* 236—247. *V. Columbani continet a c.* 2 *(praescr.* VIII. Kl. Decb. Incipit vita beati Columbani abbatis, *incip.* C. etenim qui) *ad verba c.* 21. ruit atque discerpens.

B 1*d**) *Codex Florentinus bibliothecae nationalis inter conventus suppressos, A* 1, 1213, *saec. XI, olim monasterii Vallis umbrosae*[1], *fol.* 126′—130. *V. Columbani librum I. a c.* 2. *ad verba c.* 19. *haecce:* virum Dei perturbarent episcoposque *continet, extremo columnae versu vacuo relicto. Sicut in codice praecedente ita in hoc versus barbari c.* 2. *inde a verbo* Expectatque *desiderantur et inter verba* Nam eius genitrix *et* iam cum *vocabulum additum est, scilicet* :::ne *(m. al. corr.* ene*) B* 1*d**, Ethne *B* 1*d. Lectiones quae mihi praesto sunt c.* 19. *partim omni auctoritate carent* (passiam *pro* Spissiam, ora *ante* cibis *om., spatio vacuo relicto*), *partim cum B* 1*a conveniunt* (pollicetur *pro* pollicentur, Ortaturque *pro* oraturque).

Initium finemque rogatu meo benigne exscripsit Pius Rajna, doctissimus ille Florentinus.

B 1*e*) *Codices Monacenses n.* 22245, *saec. XII, legendarii Windbergensis vol. VI. menses Novembrem et Decembrem comprehendens, fol.* 12′—28,

B 1*e**) *n.* 9506 *(Ober-Alt.* 6*), saec. XII, fol.* 109′—120, *et*

B 1*e***) *Lipsiensis*[2] *bibliothecae senatus n.* 196 *(Rep. II. fol.* 59[a]*), saec. XII, fol.* 14—32′, *olim 'sancti Mauricii in Altach inferiori', foliis deperditis mutilus in verbis I,* 30: Litteras casti| *desinens, quibus m. s. XIV. adscripsit:* Hic est magnus defectus,

V. Columbani textum eundem continent ad classem B pertinentem, exemplarque unde pendent lectionem librorum B 1*a. b. d.* ululatu *pro* eiulatu *(ita B* 2 *cum A) c.* 20. *exhibebat, sed locis nonnullis etiam cum codicibus Bavaricis A* 1*c. c** *conveniebat:*

1) *Cf. 'N. Arch.' XXVI, p.* 325. *Etiam alter V. Columbani codex in eodem monasterio olim asservabatur (cf. 'Arch.' XII, p.* 728*) n.* 2 *(*662*), fol.* 242, *item a c.* 2. *incipiens et desinens his verbis:* nocte hac discesserunt. *Is in possessionem bibliothecae nationalis transisse minime videtur, sed quo venisset adiutor studiorum meorum eruere adhuc nequibat.*
2) *Cf. Naumann, Catalogus libr. mss. bibl. civitatis Lipsiensis*, 1838, *p.* 62.

*p. 45. **Epist.* plerumque] plerorumque *B* 1e. *e**. *e*** *cum A* 1c. *c**. *d*;
ib. quae] qui *B* 1e. *e**. *e*** *cum A* 1c. *c**. *d*;
ib. exuberari] superare *B* 1e. *e**. *e*** *cum A* 1c. *c** *(non A* 1*d)*;
ib. scribere] aliquid scribere *B* 1e. *e**. *e*** *cum A* 1c. *c**. *d*;
ib. molles castaneae poma] poma mollesque castane(a)e *B* 1e. *e**. *e*** *cum A* 1c. *c**. *d*.

Laterculus capitum, quem habent B 1e. *e****, est classis B omnesque cum eadem finem c.* 17. *libri prioris praetermiserunt, ita ut exemplar quoddam B ad alterum A* 1c *hic illic correctum esse videatur, dum contrariam condicionem A* 1c*** *subit.*

B 1e^{1}) *Codex monasterii S. Crucis in inferiore Austria prope Baden siti n.* 14, *saec. XII, ultimum scilicet volumen legendarii illius magni Austriaci, cuius primo et secundo etiam alterius libri partes singulae insunt, ex altero exemplari depromptae (v. supra A* 1*b*^{4a}*), fol.* 3—11'. *prioris libri textum B exhibet, cum finis c.* 17. *desideretur atque* conventione *(= B* 1*a. e. e**. 2*) in epistula legatur. Haec quidem post inscriptionem* Dominis *mutila a verbis:* Ante hoc ferme triennium *incipit, quam versus ad mensam canendi subsequuntur*[1], *in calce libri prioris editi. Lectiones cum A* 1c. *c** *convenientes eaedem in hoc libro occurrunt, quas supra ex B* 1e. *e**. *e*** *exscripsi (e. gr. Ep.* plerorumque, aliquid scribere, poma mollesque castaneae), *etsi hi libri adhuc artius inter se coniuncti sunt (e. gr. Ep.* ruribus] *recte B* 1e^{1}; rudibus *B* 1e. *e**. *e****)*.

Inspexit P. Iohannes Urban, doctor, vir reverendissimus Sancrucensis.

B 1e^{2}) *Codex Monacensis n.* 12642 *(Ranshofen n.* 42*), saec. XIV, fol.* 213—227, *V. Columbani librum I. continet (praescr.:* Incipit prologus Ione in vita sancti Columbani abbatis) Waldewerto et Boloneno *inscriptum una cum laterculo, sed absque praescriptionibus capitum, textusque initio caret sicut in B* 1*a** *(inc. I,* 2. Natus est ergo). *Qui cum passim cum classe B convenit, tum manifestas librorum B* 1e *lectiones confert, sed exhibens I,* 4. Vicesimum *neque* Tricesimum *addensque finem I,* 17. *ad alterum exemplar, scilicet A* 1c, *magis quam praecedentes inclinare videtur.*

1) *Neque versus neque caput* 1 *(*Rutilantem *et q. s.) in altero eiusdem legendarii exemplari Mellicensi M.* 8, *alias* 678, *alias H* 56, *saec. XV, fol.* 196—211', *adsunt, cui tertium exemplar accedit monasterii Zwettlensis n.* 15, *saec. XIII. Cf. Analecta Bollandiana XVII, p.* 91.

B 1*f*) *Codex Parisiensis n.* 3788 *(antea Colb.* 801, *Regius* 3863*), saec. XII, fol.* 8—15'. *V. Columbani imperfectam continet, incipiens a c.* 1. Rutilantem, *desinens in c.* 30. vellet contra quos, *foliis nonnullis deperditis. Liber quam maxime immutatus interpolatusque item c.* 20. ululatu *pro* eiulatu *exhibet cum libris praecedentibus.*

B 1*f**) *Codex Romanus bibliothecae Vaticanae e libris reginae Christinae n.* 524, *saec. XII, fol.* 87' *sqq. V. Columbani absque epistula laterculoque capitum exhibet, praescr.:* Incipit prefatio in vitam sancti Columbani abbatis. *Textus omnino cum libro praecedente convenit:*

I, 1. eximio fulgore micantem] e. virtutum f. m. vitam *B* 1*f. f*;*

ib. alma redolerent priscorum exempla] clara eorum reniterent e. *B* 1*f. f**.

Versus c. 2. *desiderantur omnes praeter primum et hiatus ultra producitur usque ad verba:* fecundaretur. Sed. *Vestigia classis B deprehenduntur haec:*

I, 1. plerique] plurimique *B* 1*f* cum B* 1*a.* 2*;*

ib. nostris] nostri *B* 1*f* cum B* 1*a aliisque,*

atque cum eadem liber hiat in c. 17. *Vita exeunte Ionae textus omnino immutatus est:* relinquens terre carnea membra, celo reddidit animam XI^mo^ Kl. Decembris, Christo ei tribuente pro immensis sanctitatis eius meritis celestia regna, qui cum Deo — — Explicit vita sancti Columbani abbatis; *cf. Lawlor p.* 51.

Inspexit I. Schwalm v. d.

B 1*g*) *Codex Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae B* 55 *inf., saec. XII. ex., a.* 1601. *de capitulo ecclesiae metropolitanae emptus, cui a Piccolpasso archiepiscopo (a.* 1433—1443*) legatus erat*[1], *inter alias sanctorum vitas*[2] *fol.* 242—243'. *V. Columbani particulas continet has:* VIII. Decemb. Incipit vita sancti Columbani abbatis. Rutilantem — coronam (*I,* 1). Natus ergo hic — roborant (*I,* 2). De ingressu eius in Italiam ad Agilulfum regem. Beatus ergo — Amen. (*I,* 30).

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. XII.

Inspexit O. Holder-Egger v. d.

B 1*h*) *Codex Lucensis bibliothecae capituli ecclesiae maioris A, saec. XIII, olim 'sancti Michaelis de Guamo', fol.* 174—179'. *V. Columbani librum I. continet*[3]. *Prae-*

1) *Cf. Lawlor p.* 19. 2) *Cf. Anal. Bolland. XI, p.* 263. 3) *Cf. 'Arch.' XII, p.* 708.

scriptio initiumque textus cum codice praecedente conveniunt atque praeter lectionem satis communem:

I, 1. linquerent] relinquerent *B* 1*h*

nota recensionis B vestigia observari licet vita exeunte:

I, 30. animam membris solutam caelo reddidit] anima menbris soluta, c. r. spiritum *B* 1*h cum B* 1*a*. 2.

Attamen post diem emortualem: nono Kl. Decembris *codex a Iona discrepans in vulgari doxologia desinit:* Regnante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

Initium finemque rogatu meo officiosissime exscripsit Petrus Guidi, vice-bibliothecarius capituli Lucensis, vir reverendissimus.

B 1*i*) *Codex Parisiensis n.* 3820, *olim Colbertinus n.* 152, *deinde Regius C.* 3596. 7, *saec. XIV, fol.* 69—70, *V. Bertulfi (praescr.:* Incipit beati Bardulphi abbatis, cuius festivitas celebratur XIIII°. Kl. Septembris) *exhibet mutilam, scilicet II,* 23. *ad verba:* Ad cuius imperium hominem miserabiliter discrependo iniqua pestis fugit, *insequente Passione Ludovici episcopi. Sanctus constanter Bardulphus appellatus est multaque librarius parum accurate tradidit:*

aulicas] aliquos *B* 1*i*,
perspexit, nisus est] (p. *om.*) visus est *B* 1*i*,
tollendo] tollerando *B* 1*i*,
nisu] conatu *B* 1*i*.

Verba ad priorem textum spectantia: cuius superius (fecimus mentionem *om.*) *postquam exarare coepit, mox resipiscens delevit. Nonnullae lectiones in hoc codice deprehenduntur cum B* 1*a. b convenientes:*

praeclara sint] pr. sunt *B* 1*i cum B* 1*a. b;*
nunc] *om. B* 1*i cum A* 1*b. B* 1*a. b;*
orbis] urbis *B* 1*i cum A* 1*b. B* 1*a. b;*
Viaturinum] *B* 1*a;* Maturinum *B* 1*i*.

Inspexit H. Lebègue v. c.

B 2) *Codex Romanus bibliothecae Vaticanae e libris reginae Christinae n.* 1025 *(antea n.* 1284*), saec. X. ex., olim S. Trinitatis Vindocinensis, sicut m. s. XIII. fol.* 1. *adnotavit, inter passiones vitasque sanctorum fol.* 157—174. *V. Columbani continet, quam in usum societatis nostrae H. Pabst b. m. a.* 1869. *diligentissime contulerat*[1]. *In laterculo capitum tituli* 11—17. *desiderantur, sed* 2—17. *ante vitam ipsam fol.* 156'. *iterati sunt.*

1) *Cf. 'N. Arch.' II,* 34. *Locos aliquot nuperrime examinaverunt et I. Schwalm et C. Schellhass viri doctissimi.*

Scripturae specimen dedit Lawlor tab. VII.

Cum idem apparatus in singulis libris recensendis minime permaneat neque codices iidem eandem per totum opus indolem servare videantur, seorsum de unaquaque parte 5 *inquirere visum est, quae inter codices intercedat ratio, quove consilio editio instituenda sit. Ut ad librum priorem transeamus, classis A et B ut plerumque vel in rebus minimis inter se congruunt, ita gravi lectionum discrepantia haud raro in duas partes discedunt, sermoque tam diversus* 10 *locis nonnullis in utraque legitur, ut, utri maior fides accedat, non facile decidendum sit. Rem in controversiam adducentibus nobis tertius occurrit testis Fredegarius, quem maximam c.* 18—20. *V. Columbani partem in chron. IV,* 36. *expilasse monui. Utraque autem classis eo inprimis inter* 15 *se differt, quod orationem obliquam, cuius Ionam quam maxime studiosum fuisse dixi, praetermissis verbis sentiendi vel declarandi A tradidit, admissis iis, B:*

c. 6. Coepit — rex querere, ut — resederet, — omnia quae eius voluntas poposcisset se paraturum
20 [esse spopondit *add. B, om. A*];

c. 19. Vir Dei respondit: 'Si — conaris, — me fore a te sustentaturum [scias *add. B, om. A cum Fred.*];

c. 20. hortantur, ut — consuleret; qui si eum violenter non abstraherent, mortis eos pericolum incur-
25 rere [pro certo sciret *add. B, om. A cum Fred.*].

Verba igitur quae dixi in antiquissimo quod habebat V. Columbani exemplari non legerat Fredegarius, eoque sane consensu classi A summa auctoritas accedit. E contrario altera classis in interpolationis suspicionem venit atque re 30 *vera de orationis partibus agitur, quas in calamo auctoris haesisse manifestum est. Idem fere de plerisque reliquis additamentis B dicendum est:*

c. 5. Si quempiam his labere in vitiis repperissent, [quibus humanum genus solet astringi *add. B*];

35 *c.* 18. reginam aulae [regiae *add. B, om. A cum Fred.*] praefecisset;

c. 19. Evenit ergo, ut [post *add. B, om. A cum Fred.*] quadam die — veniret;

c. 20. caelos respicit [et ait *add. B*]: 'Aeterne', inquit,
40 'conditor';

**c.* 30. hortatur, ut sui laboris [praemio vires resumat *add. B*] meminisceret [que *add. B*], — erudiret, — adunaret —, edocaret [erudire —, adunare —, educare *B*]. **p.* 46.

Ultimo loco vel temporis inaequalitate verbi resumat *interpolatio a textu primigenio* (meminisceret) *facile distinguenda est. Cum autem auctor B altero paulo melius eruditus esset, menda eius grammatica nonnulla sustulit vocabulaque textui intulit aut aptiora aut electiora:*

c. 7. solitudinis ora [s. vastitatem *B*] adtegit;
c. 12. in supradicto scopuli sinu [speleo *B, sed Ionas ipse* sinus *pro* specus *accepit, cf. c.* 8. concavum in caute sinum];
c. 19. Aient *[A cum Fred.;* fatentur *B];*
c. 27. falangas imperavit abire [abire iubet *B*];
c. 28. aientes [*A;* dicentes *B*];
c. 30. Omni praesidio s. monasterium munire studet [muneribus ornat *B, sed* praesidio munire *constare videtur, praecedente loco hoc:* ut sodales — presidio foveret].

Ab ipso incepto suo auctor archetypi B loco insequenti destitisse videtur, ubi lectio primigenia adhuc iuxta interpolatam asservata est:

c. 11. tantaque piscium [multitudo *add. B* 2; 9 *litt. ras. B* 1*a*] copia est rete impletum, ut vix prae multitudine trahi potuisset.

Emendatam hanc V. Columbani editionem aevo posteriori neque biographo ipsi attribuendam esse ex hoc argumento concludi licet. Adveniente sancto in Gallias, duabus ex causis religionem abolitam esse Ionas affirmavit, scilicet (c. 5*)* vel ob frequentia hostium externorum vel neglegentia praesulum *(ita A;* priscorum principum *B). Praesules ab eo intelleguntur episcopi abbatesque*[1], *iisque religionis abolitio in libris A vitio vertitur, dum B ipsorum gratia 'priscos principes' substituit. Manifestum autem est reges Francorum saec. VI. ex. regnantes vix priscos appellari potuisse a Iona quinquaginta circa annis post degente priscosque ipsos multo magis scriptoribus Carolingicis fuisse, extincta stirpe Merowingica. Quare mihi persuasum est, V. Columbani ab interpolatore multo posteriore retractatam esse, certoque certius probasse mihi videor textum primigenium in codicibus A asservatum esse.*

Interpolationes classis B facile discernendae essent, si adhuc superesset quod auctori eiusdem praesto fuerat exemplar A. Quod etsi reperire minime licuit, tamen totam

1) *Cf. V. Columb. Ep., I,* 1. 4; *V. Ioh., SS. R. Meroving. III,* 505, *l.* 27.

codicum congeriem examinans in affinem ipsius classem incidi A 3, quacum nonnumquam faciunt codices A 4. 4a. Cum libro A 3 solo classis B convenit, assentiente Fredegario, locis his:

5 *I,* 19. [beatum *add. A* 1*a. a**. *b. c. d.* 2. 2*a; om. A* 3. *B* 1*a.* 2. *Fr.*] Columbanum;
ib. dementiae [se *add. A* 1*a. a**. *b. c. d.* 2. 2*a; om. A* 3. *B* 1*a.* 2. *Fr.*];
I, 20. Inter quos primus Ragumundus erat, qui eum
10 Nametis usque perduxit, universis] *A* 3. *B* 1*a.* 2. *Fr.;* N. u. p. (Nam *solum habet A* 1*b;* nam et usque perduxit *eras. A* 1*d; haec om. A* 1*c*) *ante verba* i. q. p. R. e., qui (q. *om. A* 1*c. d.*) cum u. *A* 1*a. a**. *b. c. d.* 2. 2*a.*

15 *Verba igitur* Nametis usque perduxit *in exemplari (x), unde libri A* 1*a. b. c. d.* 2. 2*a pendent, suo loco mota initioque enuntiati suppleta erant; in altero autem exemplari (y) ordo rerum intactus relictus erat, talisque condicionis codex non solum is erat, qui a Fredegario librarioque B*
20 *adhibitus est, sed extat adhuc A 3 atque ex simili exemplari lectiones nonnullas pendere necesse est librorum imperfectorum A 4. 4a. Ope codicum A 3. 4. 4a et classem B interpolationibus purgari et in codicibus A 1a. b. c. 2 menda verbaque singula, immo enuntiatum totum dubiae fidei discerni*
25 *licuit:*

**I,* 16. Patratum deinceps aliud miraculum] *A* 3. 4. 4*a.* *B* 1*a.* 2 *(praetermisso verbo auxiliari, velut II,* 23: Deinde alia virtus subsecuta); quod per beatum Columbanum et eius cellerario factum fuit re-
30 feram *add. A* 1*a. a**. *b. d.* 2. 2*a;* *p. 47.
I, 30. eo habentur in loco] *A* 2*a.* 3. 4*a. B* 1*a.* 2; cohabentur (*A* 1*a. a**; quo habentur *A* 1*b. c. d.* 2. 3'. 3*) in loco *rell.*

Neque vero propria exemplaris x omnia reicienda sunt.
35 *Exhibet enim exeunte parte priore (c. 17 ex.) locum illum iucundum ad conversationem sancti cum feris silvestribus spectantem, quem auctor referente Chagnoaldo episcopo Laudunensi accepisse voluit. Is 'postea' demum, id est post relegationem, Columbani minister et discipulus erat, cum apud Bri-*
40 *gantiam ille commorabatur, ita ut narratiuncula in altera libri parte (c. 27. 28) collocanda fuisset, eamque cum praecedentibus minime cohaerere primo patet aspectu. Sane ea abest h. l. non solum a recensione B, sed etiam a codicibus*

A 3. 5, *nisi quod in A* 3. 3′. 3″. 3*. $3x^1$. $3x^2$ *post c.* 15. *locum iam occupat, praetermissis primis verbis. Interim de interpolatione cogitari non licet mea quidem opinione, nam verba ut mente Ionae dictata sunt, ita comparata cum aliis eiusdem auctoris genuina esse probantur:*

I, 17. *ex.*	*I,* 27.
Nam Chagnoaldum — — cognovimus referentem, qui	Nam Eusthasium hoc cognovimus referentem, qui.

Relatio igitur Chagnoaldi in y omissa a Iona ipso Vitae postéa videtur addita esse, idque eo contigisse potest, quod librum priorem absolutum auctor a. 641. *seorsum ediderit, toto autem opere anno insequenti perfecto, suppleverit et ipsum quem dixi locum. Tunc demum epistulam praemissam esse opus sit, eaque re vera desideratur cum in aliis libris tum in A* 4. 5, *alienae originis est in A* 3.

Inter libros A 1, *in quibus verba eadem desunt:*

Ep. Ausoniae] *rell. (cf. II,* 23*); om. A* 1*a.* 1*a**. 1*b**. 1*c.* 1*c**. 1*d cum A* 3. 3*;

ib. Deo dicati aeterno] *rell.; om. A* 1*a.* 1*a**. 1*b**. 1*c.* 1*c**. 1*d cum A* 3 *(pr. m.).* 3′. 3″. 3*,

eadem transposita sunt:

I, 2. et occiduas pontum d. in umbras *post* latebras *extant A* 1*a.* 1*a**. 1*b**. 1*c.* 1*c**. 1*d,*

codex Sangallensis et antiquitate et eximia fide praestat.

Qui ab exemplari A 1α *profecti sunt codices A* 1*a** *et A* 1*a*** *cum ipso saepe conveniunt atque virtutes libri primigenii alter melius servavit altero, sed una cum eis etiam menda in propaginem transierunt, veluti haec:*

I, 13. dederat] *ita recte rell. pro* ediderat *(cf. I,* 20: quos sui ortus terra dederat); tenebat *A* 1*a. a**. *a***;

I, 14. Siagrium] Agrium *A* 1*a. a***; S(i *superscr.*)agrium *A* 1*a**;

I, 20. vim] *om. A* 1*a. a**. *a***.

Propria huius stirpis natura non solum a reliquis familiis, sed etiam a textu A 1*a genuino vehementer nonnumquam discrepat, et quanta his lectionibus auctoritas attribuenda sit, iam quaeritur. Plerisque sermo auctoris parum politus in meliorem statum redactus videtur esse, comparatisque et textu reliquorum et consuetudine Ionae, discrepantiam huiusmodi:*

I, 2. conspexit] prodire c. *A* 1*a**. *a*** *et m. al. A* 1*a;*

I, 6. non se aliorum opum fore ditaturum] non se a. o. f. cupidum *A* 1*a**. (*a***) *et m. al. A* 1*a; sed cf. I,* 14: se multorum opum esse ditatos;

I, 9. in eadem concava scopuli] in e. concavitate s. *A* 1*a**. (*a***) *et m. al. A* 1*a; sed cf. I,* 11: per concava vallis, *II,* 2: concava alvei;
I, 19. Aient ille tibi a rege fore directa] A. i. sibi a
5 r. esse d. *A* 1*a**. (*a***);
I, 20. Recedite] Rededite *pr. m. A* 1*a*; Redite *A* 1*a**. (*a***) *et m. al. A* 1*a;*
I, 21. interiorem (interius *A* 1*b. c. d.* 2. 3) lumen] i. lucem *A* 1*a**. (*a***) *et m. al. A* 1*a;*
10 *I,* 22. ad eius excubasse exubias (excubas redubias *pr. m. A* 1*a*)] ad e. excubias isse *A* 1*a**. *(a**) et m. al. A* 1*a;*
I, 27. quantisper se moraturum] q. me m. promitto *A* 1*a**. (*a***) *et m. al. A* 1*a;*
15 *I,* 28. rogavit] pr(a)ecepit *A* 1*a**. *a*** *et m. al. A* 1*a, in suspicionem venire opus est. Constat enim Ionam* ditare *cum gen. coniunxisse, acc.* in eadem concava *accepisse pro abl.* in eisdem concavis, *genus neutrum saepe immutasse in masculinum atque librarium A* 1α *haec omnia ignorasse,*
20 *ideoque* cupidum *pro* ditaturum, concavitate *pro* concava, lucem *pro* lumen *scripsisse neque munere suo fideliter usum esse, sed interpolationis edidisse exemplum pessimum. Eodem consilio orationem directam obliquamque I,* 19. 27. *Iona melius distinxit, quas ab ipso permistas esse supra*[1] *dixeram,*
25 *eodem* esse *scripsit pro* fore.

Antequam A 1α *de via communi secesserat, altera stirps exorta est, scilicet A* 1*b, nam et ipsa cum A* 1*a ex exemplari pendet eodem (α), quod licet accuratissime scriptum esset, tamen mendis nonnullis levioris momenti laborabat, e. gr.:*
30 *I,* 20. Exin] *A* 2 *cum rell.;* Et in *A* 1*a. a**. *b;*
I, 21. infit] *A* 2 *(? pr. m.). B (eodem verbo Gregorius utitur)*; inquit *A* 1*a. a**. *b.* 2*a;*
I, 22. filo] *A* 2 *cum rell.;* filios *A* 1*a (corr.* filos*). b;* chilos *A* 1*a***;*
35 *I,* 27. visque rapida (rabida *A* 1*c. d.* 2*;* rapidam *B* 2)] *A* 2 *cum rell.;* vasque rapide (rapid:: *m. al. corr.* rapido *A* 1*a, et sic A* 1*a**) *A* 1*a. a**. *b.*

Illud ad ipsius auctoris discipulum quendam redire, ex lemmate et subscriptione utriusque codicis et A 1*a et A* 1*b con-*
40 *clusum est*[2]*, sed verba illa: 'a Iona quondam praeceptore', quibus auctor libri appellatus est, mihi parum certa esse videntur neque enim liquet, ad quem discipulum praeceptor ille*

1) *Supra p.* 58. 2) *Cf. Lawlor p.* 5.

referendus sit, atque fieri potest, ut sola eius litterarum scientia eo nomine celebretur.

Classis primae nova nunc progenies reperta est, cum codicum A 1c. *c** *cognatus emerserit multo accuratior, idem generis auctori illis propior A* 1*d*:

I, 15. ex parrochianis] expar rationis *A* 1*d*; expers rationis *A* 1c. *c**,

qui quae in illis temere immutata aut neglegenter omissa erant verba haud raro integra servavit:

I, 7. frequentare] *A* 1*d cum rell.*; frequenter venire *A* 1c. *c**;
I, 9. vivere] *A* 1*d cum rell.*; *om. A* 1c. *c**;
I, 17. isdem Columba] *A* 1*d*; *om. A* 1c. *c**;
I, 19. metare] metari *A* 1*d*; manere *A* 1c. *c**;
ib. disciscat] *recte A* 1*d*; se separat *A* 1c. *c**;
I, 20. Nametis usque perduxit] nam et usque p. *eras. A* 1*d*; *haec om. A* 1c. *c**;
I, 21. percussurum] *A* 1*d cum rell.*; percutiendum *A* 1*a**. *c*. *c**. 2. 2*a*;
I, 29. in omnibus] *A* 1*d cum rell.*; *om. A* 1c. *c**;
I, 30. meminisceret] *recte A* 1*d*; reminisceretur *A* 1c. *c**.

Quod in A 1c. *c* desideratur c.* 16. *in A* 1*d adest neque praescriptiones capitum hic omisit sicut illi, dum laterculum capitum carminaque vitae adnexa illi exhibent neque hic. Virtutibus codicis A* 1*d vitia peculiaria opposita sunt haud ita multa, quae in propinquis ipsius non redeunt:*

I, 8. iungunt] ingerunt *A* 1*d*;
I, 15. eratque ille] Erat enim *A* 1*d*;
I, 17. mentionem] memoriam *A* 1*d*;
I, 20. formidine] periculo *A* 1*d*;
ib. ad Coram] ad propria *(ex praecedentibus iterata) A* 1*d*.

Codicibus vero A 1c. *d haud magnam auctoritatem tribuam propter duplicem naturam, quae in ipsis distinguenda est. Qui cum in priore libri parte manifesto partium codicum A* 1 *sint, in posteriore cum codicibus A* 2 *faciunt:*

I, 11. tantaque piscium] *om. A* 1c. *d*. 2. 2*a*;
I, 17. metu — perculsus] mente — perculsus *A* 1c. *d*. 2. 2*a*;
I, 19. reppererunt Aspasiumque nomen] *om. A* 1c. *d*. 2. 2*a*;
I, 22. metatui suo redire] (ad *add. A* 1c. *d*.) metas suas r. *A* 1c. *d*. 2. 2*a*,

atque cum eisdem post verba I, 22: Sublato deinde prandio vir Dei ad scafam remeat *totum enuntiatum inserunt hocce:* Factum est autem, cum vir Dei Columbanus adisset *(ita A* 1*d.* 2*c. et e corr.* audisset *A* 1*c*;* edisset *A* 2*)* scafam
5 (adsurrexisset *pro* a. sc. *A* 2*a*) *A* 1*c*. d.* 2. 2*a. c (non A* 2*b), subsequentibus verbis:* repperitque *(ita A* 2*a cum rell.;* que *om. A* 1*c*. d.* 2. 2*c)* suos multa tristitia depressos.

Ut alibi verba necessaria neglegenter praetermissa sunt, ita hoc loco textus amplificatus est, cumque pro vocabulo
10 *rariore* metatus *usitatius quoddam substitutum sit, sermonis rustici corrigendi studium apparet. Eodem studio locus quem dixi additus videtur esse, scilicet sanctum ad scapham non solum remeasse, sed etiam ipsam adisse, et certe in textum admitti non licuit verba, quae a melioribus libris A* 1*a. b.* 3.
15 *B* 1*a.* 2 *omnino absunt nec per omnes libros A* 2 *confirmantur, veluti A* 2*b iisdem vacat*[1]. *Cum quae libris A* 1*c. d et A* 2 *communia sunt ea numerum non adeo magnum efficiant atque praeterea menda alterius partis in altera minime redeant, fieri vix potest, ut altera ex altera orta sit, verique*
20 *similius est lectiones nonnullas ex exemplari alieno a librario quodam depromptas esse, cumque codices A* 1*c. d praeterea manifesta classis A* 1 *vestigia ferant, proavum eorum commissi reum esse existimem. Exemplar autem, quod ad corrigendum textum ille ascivit, nonnumquam cum A* 2*a con-*
25 *venit, dissentiente codice A* 2:

Ep. secando] sectando *A* 1*c. d.* 2*a;*
I, 19. paraturum (pariturum *A* 1*c. d*)] respondit *add. A* 1*c. d.* 2*a;*
I, 27. Mogontiacum] Mosuntiacum *A* 1*c. d;* Mosontia-
30 cum *A* 2*a;* Mogontiam *A* 2.

Alterius fontis vestigia et in laterculo capitum et in praescriptionibus deprehenduntur, atque has ille exemplo librorum A 2. 2*a perverse disponens, praescriptionem c.* 20. *medium in praecedens, lemmata vero c.* 21. 22 *in c.* 20. 21 *promovit,*
35 *denique errorem animadvertens c.* 23. *cum* 22. *coniunxit, ita ut a c.* 24. *omnia inter se conveniant, dum A* 2. 2*a c.* 24. *cum* 23. *coniungentes demum a c.* 25. *in ordinem se referunt. Praescriptio ultimi capitis* (30) *in A* 1*d legitur a reliquis discrepans omnibus.*

40 1) *Verbo* Factum est *Ionas raro utebatur (II,* 3. Factumque est deinceps, cum — tellus excoleret, subito — asperitas peremit*), frequentius biographus Genovefae aevo Carolingico, qui c.* 7. *locum persimilem exhibet:* Factum est autem —, cum mater — pergeret, — ilico — percussa est.

Codices A 2 mendis inquinati sunt communibus, veluti hisce

I, 17. esse sepe solitum (sol. sepe *A* 1*b*)] *A* 1*a*. *b*. 3; (esse *om.* *A* 2. $2^{\dagger}$. 2*a*. $2a^{**}$. $2a^{***}$. $2a^{1.2}$. $2b^{1}$. 2*c*. 4*a*; esse s. *om.* *A* $2a^{1}$; eum *pro* esse *A* 2^{*}) sepe solitum *A* 2. 2^{*}. $2^{\dagger}$. 2*a*. $2a^{**}$. $2a^{***}$. $2a^{1.2}$. 2*b*. $2b^{1}$. 2*c*. 4*a* (esse *ante* sepe *facile excidere poterat*);

ib. velut catuli solent dominis adolare, exultabant] *A* 1*a*. *b*. 3; velut catuli solent dominis exultare, exultabant *A* 2. 2^{*}. $2^{\dagger}$. 2*a*. $2a^{**}$. $2a^{1.2}$. 2*b*. $2b^{1.2}$. *c cum A* 1*c*. *d*. 4*a* *(at* dominis *potius* adolare *quam* exultare *canes solent)*;

I, 20. ferocia animi fortior] fer. (ferociae *A* 2*a*) mens fort. *A* 2. 2*a*; (f. *om.*) mens ferocior *A* 2*b*;

I, 27. vademonio] ademonio *A* 2; a daemonio *A* 2*a*. *b*, *auctorque huius familiae tam accurate quam A* 1*a verum textum minime tradidisse videtur, etsi altero stemmate ad exemplar commune x rediens nonnullas ipsius lectiones melius servavit priore (α) quamvis raro. In progenie quam reliquit late diffusa mala uberius succreverunt quam bona neque ad textum recensendum adhibui nisi antiquiorem et meliorem librum A* 2 *et qui inter stirpem tripartitam primum locum occupat quamvis multo deteriorem A* 2*a, dum in sordibus reliquorum ultra ea quae supra exposui non inhaeresco.*

Ex omnibus libris familia A 3 veram lectionem sola servavit his locis:

I, 11. per praerupta rupis] *A* 3. 3′. $3'^{*}$. 3^{*}. 3^{**}. 3^{***} *et supra I,* 8; p. p. ruris *rell.*;

I, 27. Ipso itaque in tempore] *A* 3. 3′. $3'^{*}$. 3^{*}; in *om. rell.*; *sed cf. I,* 8. eo in t.; *I,* 27. Eo itaque in t.,

*p. 48. *atque *discrepantibus alterius stirpis y codicibus A* 3. *A* 4. 4*a et inter se et cum recensione B, ea omnino pars eligenda erat, cui calculus A* 3 *accessit:*

I, 3. pilis] *A* 3 *cum B* 1*a*. *b*; p̄liis *B* 2; telis *A* 4 *cum A* 1*a*. a^{*}. b^{*}. *c*. *d*. 2 *(ex praecedentibus:* tela laxare *fortasse iteratum)*;

I, 11. Aliaque vice] *A* 3 *cum B* 1*a*. 2 *(recte; cf. infra c.* 15*)*; Alia quoque vice *A* 4 *cum A* 1*a*. a^{*}. *b*. *c*. *d*. 2;

I, 4. vice(n)simum] *A* 3 *cum A* 1*a*. a^{*}. b^{*}. *c*. *d*. 2; Tricesimum *A* 4 *cum B* 1*a*. 2;

I, 14. viri Dei gratia flagravit] *A* 3 *cum A* 1*a*. a^{*}. *b*. *c*. *d*. 2; *post* Dei *add.* intercessionis *A* 4, intercessione *B* 1*a*. 2.

Neque vero omnes quae in A 3 *occurrunt lectiones bonae notae sunt, e fonte optimo depromptae, sed multae ibi deprehenduntur correctiones arbitrariae, multi hiatus, neque interpolationes desunt. In locum Sigiberti regis librarius Childebertum substituit:*

I, 6. Sigiberti] *rell.;* Childeberti *A* 3. 3'. 3* *e coniectura, quare etiam ea immutare coactus est, quae de regibus Francorum infra relata erant:*

I, 18. Sigibertus etenim, cuius superius fecimus mentionem] Siquidem Sigibertus rex *A* 3. 3'. 3*;
ib. Perempto itaque Sigiberto, Childebertus filius eius] Post quem filius eius Childebertus *A* 3. 3'. 3*.

Ne Merowingorum quidem stirpem intactam reliquit:

I, 28. Mervengum] se *(om. A* 3*)* regem *A* 3. 3*; *at* regem Mervengum *A* 3'. 3'*.

atque passivum ibi sublaturus, ubi activum requiritur, vocabulum alienum textui intulit:

I, 19. oraturque] Alloquiturque (que *om. A* 3*) *A* 3. 3'. 3'*. 3*.

Quod A 3. 3* *una cum A* 2 *eodem loco hiant:*

I, 17. imperavit [sancti — temperavit *om. A* 2. 3. 3'. 3'*. 3*],

cum verba per homoeoteleuton omissa propinqui huius, scilicet A 2*a. c, exhibeant, consensum fortuito contigisse existimem. Necessitudo vero cum classe B intercedens vel mendo quodam communi confirmatur:*

I, 20. quem superius direxerat] q. s. dixerat (dixeram *A* 3. 3'. 3'*. *B* 1*b*) *A* 3. *B* 1*a*. *b*. 2;

in eo enim ex quo pendent exemplari dixerat *pro* direxerat *scriptum esse patet.*

Classis A 4, *ad quam examinandam novum subsidium nacti sumus, eruto libro A* 4*a*, *ad textum recensendum non adeo facit. De ea enim iam idem dicendum est quod de classe A* 1*c*. *d*, *scilicet duo elementa in ea coaluisse, atque reliquiis exemplaris y multo plures oppositae sunt lectiones classis A* 2, *ita ut A* 4 *non solum cum A* 3, *sed etiam cum A* 1*c*. *d*. 2. 2*a necessitudine quadam coniuncta sit. Menda autem in ea deprehenduntur cum communia librorum A* 2. 2*a*:

I, 3. exaestuans] dum *add. A* 2. 2*a*. 4. 4*a*;
I, 4. carinamque] carinam quam *A* 2. 2*a*. 4. 4*a*,

tum praecipue ea quibus solus A 2*a inquinatus est:*

I, 1. linquerent] linguerent *A* 2*a (pr. m.)*. 4*a*;
I, 5. humiliat exaltabitur *(Luc.* 14, 11*)*] exaltat humiliabitur *(item ex Scriptura sacra) A* 2*a*. 4. 4*a (non A* 2*)*,

isque solus lemmata c. 28. 29 *cum A* 4*a consentiens suo loco movit et ad subsequentia rettulit. Textus laterculi capitum*

et praescriptionum, item finis c. 17, *quem deficiente libro A* 4 *solus A* 4*a servavit, classis A* 2 *vestigia prae se fert. Cum auctor generis A* 1c. *d eodem fonte usus sit, eaedem lectiones A* 2. 2*a quae in libros A* 4. 4*a et in hos transierunt, atque quae consentientibus libris A* 1c. *d.* 2. 2*a habita est fides parva aut nulla, eadem illis accedentibus toti cohorti convenit:*

I, 17. per densa saltus] pergens a saltu *A* 2. 4. 4*a;* pergens ad saltus *A* 2*a;* pergens ad saltum (saltuum *A* 1*d*) *A* 1c. *d; cf. I,* 30: inter densa saltus.

Verbis igitur male aut contractis aut separatis textus hoc loco misere depravatus est. Praeterea libri A 4. 4*a suas peculiares exhibent interpolationes, locos Scripturae sacrae ad Vulgatam corrigentes (I,* 4. 5*) aut textum per se supplentes:*

I, 6. loca] horrida repperisset *add. A* 4. 4*a.*

Praestantissimus alterius classis codex B 1*a, quocum fere convenit B* 1*b, ab eodem patre* (δ) *prognatus, quam accuratissime exemplar illud retractatum* (γ) *reddere videtur, de quo supra egi; peculiaria autem illius menda ope libri B* 2 *tolli poterant, qui alio stemmate ad eundem avum referendus est, fidem vero non eandem meretur, verborum inprimis ordine saepe perturbato.*

Optimos uniuscuiusque classis codices A 1*a. B* 1*a totos contuli et totam lectionum variantium discrepantiam ex ipsis attuli, sed textum in universum non curavi nisi primigenium, unde ea quae in A* 1*a ad aliud exemplar correcta erant fere suppressi, neque quisquilia omnia posteris tradere meum esse existimavi. Lectiones reliquorum codicum latius quam in priore editione perscripsi, ubi singularia eorum neglexeram, librisque quos olim adhibueram A* 1*b. c.* 2. 3. 4. *B* 2, *quo melius uniuscuiusque generis varietas perspiceretur, nunc addidi A* 1*a*. c*. d.* 4*a et A* 3′. 3″. 3*, *collatos illos ope W. Levison et H. Lebègue, hos per me. Ex A* 1*a* et A* 1*b lectiones discrepantes fere omnes nunc exscripsi, sed libri A* 1*b* deterrimi, quo ad c.* 11, *deficiente codice A* 1*b, usus sum, non curavi excessus temerarios atque exinde rationem eius non habui nisi raro. Codices A* 1c. *c* pro uno exemplari accepi, proprietatem alterutrius supprimens, cumque etiam libri A* 1*d cum his comparati menda peculiaria ad fontem communem redire nequirent, et ipsa suppressi, quae sane haud ita multa erant. Codicibus A* 2. 2*a et A* 3. 3* *et A* 4. 4*a eodem modo usus sum, ut omnia silentio praeterirem, quae a propinquo non confirmarentur; libris A* 3. 3* *inter se discrepantibus plerumque calculum A* 3′ *assumpsi, rarius A* 3″. *Lectiones autem communes librorum et A* 1c. *c* et A* 2. 2*a et A* 3. 3* *et A* 4. 4*a potioris*

tantum exemplaris signo distinxi brevitatis causa, ita ut, nisi forte contrarium dictum est, codicibus A 1c *et A* 2 *et A* 3 *et A* 4 *signa deteriorum A* 1c* *et A* 2*a et A* 3* *et A* 4*a mente semper adiungenda sint. Nihilominus factum est, ut apparatus moles nimium increverit, multaque iam accesserunt inutilia, veluti formae illae ad grammaticam purgatae, quae barbaris passim in libris deterioribus substitutae sunt. Etiam ex codicibus A* 3. 3* *permultae paleae collectae sunt, quibus maturae fruges paene conteguntur. Stirpem vero codicum gradatim degenerantem adhuc longius persequi recusamus, cum satis superque demonstrasse mihi visus sim singularum classium naturam diversis inter se collatis exemplaribus a posteris permixtam atque violentissimo ingenio laesam esse neque integram ad nos pervenisse nisi per vetustissimos eosdem optimos codices, quos reliquis praetulimus. In laterculo capitum hymnisque recensendis, quorum ille in B* 1*a, hi in B* 2 *desiderantur, codicem B* 1*b adhibui nec frustra; hos etiam cum A* 1*f contuli. Quo facilius quae inter singulos codices intercedat necessitudo intellegatur, stemma delineare libet hoc:*

Archetypus

x — *y*

α — *β* — *γ*

A 1*a* *A* 1*α* *A* 1*b* | *A* 2 *A* 2*a* | *A* 3 *ε* | *δ*

A 1*a** | *A* 1*b** | *B* 1*a* *B* 1*b* *B* 2

(*A* 1*a*^{x}) *A* 1*a*** | *A* 4.

In recensenda V. Columbani, libris inter se comparatis, lectio x et y primo eruenda, discrepante autem utraque, exemplar y in universum anteponendum erat. Haec sane ratio etiam in quaestionibus grammaticis saepe locum habere poterat, cum usu Ionae observato menda quae ad y referenda erant grammatica pleraque genuina esse perspexerim:

I, 6. 14. 17. castrum *vel* monasterium *vel* munere, quem] *ita A* 3 *et A* 4 *separatim aut coniunctim cum B* 1*a*. 2*;* quod *A* 1*a*. *a**. *b**. *c*. *d*. 2*; at vocabulis* castrum, monasterium *etiam alibi I,* 10. 28. *et* 10. 30. *masculinum genus attribuit idem auctor;*

I, 7. tanta ignis] *A* 3 *(pr. m.). B* 1*a*. 2; tantus i. *A* 1*a*. *a**. *c*. *d*. 2. 4;

ib. aequitibus] *recte A* 4. *B* 1*a*. 2 (eques *pro* equus; *cf. SS. R. Merov. I,* 944); (a)equis *A* 1*a*. *a**. *b**. *c*. *d*. 2. 3;

I, 14. se multorum opum esse ditatos] *recte A* 3. *B* 1*a*. 2 (*cf. c.* 6: se aliorum opum fore ditaturum); se multis opibus e. d. *A* 1*a*. *a**. *b*. *c*. *d*. 2. 4;

I, 17. nomen *A* 1*a** *(pr. m.)*. 3 *(saepe)*. 4 *(pr. m.)*. *B* 1*a*. 2 *(et I,* 19. *Fr.)*; nomine *A* 1*a*. *b*. *c*. *d*. 2. 4*a*; 5

*p. 49. **ib.* ultimus alitus carere] *B* 1*a*; ultimos alitus c. *A* 3. *B* 2 (carere *c. acc. apud Ionam*); ultimo (h)alitu *(*alito *A* 1*a)* c. *A* 1*a*. *a**. *b*. *d*. 2. 4*a*;

I, 20. propter eum transirent] *B* 1*a*. 2 (propter *pro* prope *I,* 17. 28); prope eum tr. *A* 1*a*. *a**. *b*. *c*. *d*. 2. 3. 10

Haud raro autem, neglecta affinitatis ratione, cum librarii plerique uno consilio ad emendandum sermonem barbarum accesserint, iis potior fides attribuenda erat, qui robiginem primigeniam quam fidelissime servaverunt. De Ionae opere 15 *hac in parte bonam laudem meriti sunt librarii A* 1*a*. *B* 1*a*, *iisque consentientibus nonnumquam tertius testis accessit Fredegarius:*

I, 19. vir *pro* viri *A* 1*a*. *B* 1*a cum Fr.*;

I, 27. vir *pro* a viro *A* 1*a*. *B* 1*a et alii*; 20

dissentientibus autem iis, calculum suum haud raro codici A 1*a adiecit, cuius lectiones non paucae in textum admittendae erant, neglectis libris reliquis:*

I, 18. ex honorabilem reginam] *pr. m. A* 1*a cum Fr.*; ex honorabili regina *rell.*; 25

I, 19. intentu frangat] *A* 1*a cum Fr.*; intentum fr. *rell.*;

ib. ab conprovincialibus moribus] *pr. m. A* 1*a cum Fr.*; ab (ad, a) conprovincialium m. *rell.*

Etiam A 1*a*. *b inter se consentiunt, impolitam auctoris consuetudinem reliquis melius servantes:* 30

I, 24. potitus *(recte A* 1*a*. *b*; positus *A* 1*c*. *d*. 2. 3; factus *B* 1*a*. 2*)* est triumphus victoriae] potiri *c. acc.*; *cf. I,* 26: gratiae potitus est supplimentum, *classe B saepe accedente:*

I, 16. deferto] *A* 1*a*. *b*. *B* 1*a*. 2; defert *A* 4 (o *eras.*). 4*a*; 35 deferens *A* 1*d*. 2. 3′. 3″. 3*; deportato *A* 3;

I, 24. ob quibusdam erroribus] *A* 1*a*. *b*. *B* 1*a*. 2; pro q. e. *A* 1*a**. *c*. *d*. 2; est (de *in mg. suppl.*) q. e. *A* 2*a*; ob quodam errore *A* 3; ob quosdam errores *A* 3′. 3″. 3*; 40

I, 28. cum damna] *A* 1*a*. *b*. *B* 1*a*. 2; cum damno *A* 1*a**. *c*. *d*. 2. 3.

Ex his exemplis colligi licet, quantam vim textus deteriorum librorum passus, quantoque studio barbarus auctoris sermo

sublatus sit. Codex A 1*d vel in his rebus exemplum librorum meliorum nonnumquam imitatus est:*

I, 27. tanta sapor] *A* 1*d cum melioribus;* tantus s. *A* 1*a**. *b. c.* 2. 3.

5 *Etiam A* 2 *lectiones haud spernendas una cum Fredegario exhibet raro:*

I, 19. sol occumbente] *A* 2. *B* 1*a*. 2 *cum Fr.;* sole o. *rell.;*

I, 20. vim] *A* 2 *(alias etiam B* 1*a*. 2*) cum Fr. et ita V. Vedastis c.* 5; vi *rell.*,

10 *licet cum ipso eodem quoque loco lapsus sit:*

I, 18. passim] parsim *A* 2 *cum Fr.;* sparsim *A* 2*.

Agmen claudunt A 3. 3′. 3″. 3* *cum Fredegario soli consentientes:*

I, 19. quibusque] *A* 3. 3′. 3″. 3*; quibusquae *Fr.;* quibuscumque *rell.; cf. I*, 27. queque, *ubi* quaecumque

15 *A* 3. *B* 2;

I, 20. Hii] *A* 3. 3′. 3″ *cum Fr.;* Hi *A* 3* *cum rell.*,

atque eximiam lectionem ex eisdem erui licuit hanc:

I, 30. patebatur] *A* 3. 3″; patiebatur *A* 3′; patebat *A* 3* *cum rell.*

20 *Certa igitur lege in diiudicandis rebus grammaticis uti non licet nisi ea, quae explorato auctoris sermone constituitur.*

De orthographicis idem fere dicendum est. Praestantia codicis A 1*a iis locis quos expilavit Fredegarius certo certius comprobatur, sed ex hoc collatisque Ionae scriptis intellegitur,*

25 *etiam reliquis libris haud spernenda inesse, inprimis libro B* 1*a. Ducem igitur A* 1*a secutus sum, quatenus auctoritati ipsius fides non derogabatur, laterculoque composito accuratius explicavi, quibus locis eum Fredegariumque admiserim aut alios libros praetulerim, uncinis includens lectiones improbatas.*

30 [a *pro* e: insaniabant, nitabantur *pr. m. A* 1*a*];

[e *pro* a: copiem *(cf.* cupiem *V. Ioh. c.* 13*)*, cruentem, redundebat *pr. m. A* 1*a*];

ae *pro* e: *voc.* aeternę,

abl. formidinae *Fr.*, mentae *A* 4,

35 *adv.* aequae,

[demonstræt, excitæt *pr. m. A* 1*a*],

conquęstus *A* 1*a*. *B* 1*a*. *b* (conquestus *Fr.*),

aederit *A* 1*a*,

ęgestatis *A* 1*a* (aegentum *V. Ioh. c.* 8),

40 aequus *saepe A* 1*a*. *B* 1*a*,

aescas *A* 2*a*. *B* 1*b*,

ęsum (aesuriunt *V. Ioh. c.* 8),

[-quę, -quae *saepe A* 1*a*],

[saeveritas *A* 1*a*. *B* 2];

e *pro* ae *admisi, sicut in A* 1*a legitur, atque etiam apud Fredegarium occurrunt haec:*

misere reginae,
largitatis nostre;

ae *pro* i: quae *pro* qui *n. sing.*;

*p. 50. **assimilatae sunt praepositiones:*
ammonitione, ammonitus,
[attentius *A* 1*a. b,* compagem *A* 1*a,* optemperaret *A* 1*a. b.* 2];
in universum autem praepositiones non assimilatae sunt, consentiente Fredegario:
adgressa, adlocuntur, adtingunt, conp., obtemperare *A* 1*a. Fr.,*
[exconmunicatio *A* 1*a*];

b *pro* p: obtio,
[labides, poblitibus, brimi, stibulam *A* 1*a*];

p *pro* b: [palsama *A* 1*a*],
vipurna;

b pro v: exubias (exuvias *A* 3; excubias *rell.*),
salibo *pr. m. A* 1*a cum V. Ioh. c.* 10,
[redundabit *pr. m. A* 1*a*];

[v *pro* b: narravimus *pr. m. A* 1*a*];

c *inserta*: [dictionis *pr. m. A* 1*a* (dictione *V. Ioh. c.* 15; *at* ditionis *A* 1*b. B* 1*a. Fr.*],
fauctores *A* 2,
fructix, fructices *A* 1*a ter, B* 1*a bis,* fructicum *semel A* 2,
saepefactus *codd. meliores saepe:*
menda falsa etymologia exorta ad auctorem ipsum referam;

[c *pro* g: pervacare *pr. m. A* 1*a*];

g *pro* c: auligae *pro* aulici *pr. m. A* 1*a cum Fr., pr. m. B* 1*a* (auli regiae *Fr.*; auliregi *A* 1*d*), *gen.* auligum *A* 1*d et pr. m. B* 1*a cum Fr.,*
[elugubrare, exegrare, migare *taliaque saepe A* 1*a*],
opaga *A* 1*a. B* 1*a;*

c *pro* qu: adlocuntur *A* 1*a. Fr.;*

qu *pro* c: querqui *pro* querci *pr. m. A* 1*a. B* 1*a et pr. m. B* 1*a,* quur *Fr. et sic scripsi,* qur *semper B* 1*a cum V. Ioh. c.* 7;

[ci *pro* ti: attencius, demenciae, forcior, pocior *Fr.*];

[t *ante* i *loco* c *codicibus a librariis illata videtur esse atque apud Fredegarium legitur:*

pertenaciae, provincias,
quare libros vel meliores ita errantes non curavi];

d *pro* t: adque *pr. m. A* 1*a cum V. Ioh.*,
inquid *ter Fr. cum V. Ioh. et Ved, semel pr. m. A* 1*a*, *ter A* 2 *et B* 1*a*,
idemque,
reliquid *pr. m. A* 1*a et B* 1*a cum V. Ved. c.* 8,
[detenderint *A* 1*a*];

t *pro* d: repetare *A* 1*a (ter). B* 1*a (bis) cum Fr.; at*
repedare *semel A* 1*a. b. B* 2. *Fr.;*

e *pro* i: 3. *decl.* [*nom. sing.*: pingues, pisces *A* 1*a*, regales proles *Fr.*];
gen.: dignitates, pociores *Fr.*,
lapides *pr. m. A* 1*a. B* 1*a*,
caritates, flagrantes, fratres, labores, pietates, religiones *pr. m. A* 1*a*,
multitudines *pr. m. A* 4;
dat.: conditore *Fr.*,
consistente, modolamine *A* 1*a*,
corde *A* 3,
oratione *codd. cum Fr. et A* 1*a*,
religione *A* 1*d*. 3. *B* 1*a*. 2 *(non Fr.) et A* 1*a(?)*. 2 *et A* 1*c. d.* 3,
*societate *pr. m. A* 1*a*, **p.* 51.
-e *nonnumquam A* 3 *et A* 4;
[*abl.*: singulare *pr. m. A* 1*a*];
abl. pl.: atrociorebus *Fr.*,
legebus *A* 4;

pronom. [ille *dat. pr. m. A* 1*a*],
ille *n. pl. Fr. et pr. m. A* 1*a*,
[ipse *pr. m. A* 1*a*];

[1. *coniug.* sotiares *A* 1*a*];

[2. *coniug.* vovet *pr. m. A* 1*a*];

3. *coniug.* 2. *pers.*: canes, capes,
cernes, diffundes *A* 1*a*,
incoles *pr. m. A* 1*a*,
[promes,
reminisceres *pr. m. A* 1*a*];
3. *pers.*: adtollet, desinet, dicet, inponet *pr. m. A* 1*a*,
inquiret *A* 1*a (non Fr.)*,

e *pro* i: 3. *coniug.* 3. *pers.:* occurret *pr. m. A* 1*a*,
pellet *A* 1*a cum Fr.*,
poscet, tradet, trahet *pr. m. A* 1*a*,
teget *A* 1*a (pr. m.* deget*). B* 1*a*; 5
[*part.:* posetum *Fr.*];
[4. *coniug.:* proderet *A* 1*a. b.* 2, *at* prodiret *B* 1*a.* 2 *cum Fr.*,
reppereant, venere *pr. m. A* 1*a*,
venerit *Fr.*, *at* veniret *rell.*]; 10
[admenistrata, altissemus *Fr.*],
in compositis: 1) *-cidere,* incedere *A* 1*a.* 2, 2) *-didit,* condedit *pr. m. A* 1*a*, ededit *codd.*, indedit *pr. m. A* 1*a*, indederat *Fr.*,
3) *-quirere,* conquererent *pr. m. A* 1*a*, 15
4) *-sidere,* obsedere *pr. m. B* 1*a*, resedere *pr. m. A* 1*a et B* 1*a*, 5) *-stitit,* exstetit, substetet *pr. m. A* 1*a*,
6) *-tinere,* detenis *pr. m. A* 1*a. B* 1*a*,
defert *pro* differt *A* 1*a. B* 2, 20
defundere, defusa *pro* diff. *A* 1*a*,
delucolo *Fr.*,
[deminuere, demisere *A* 1*a*],
[evigelasset, glescentem *pr. m. A* 1*a*],
grates *A* 1*a. a**, 25
[inlicetis *Fr.*],
-iscere, contremesce,
itenere *Fr. et B* 2 *bis;* iteneris *pr. m. A* 2,
[menistri *Fr.*],
[munimene *A* 1*a*], 30
osteo *pr. m. A* 1*a*,
palleum *A* 1*a cum Fr.*,
[pertenaciae, publecam *Fr.*],
relegio *Fr. cum V. Ioh. et Ved.*,
[seviretate *Fr.*], 35
[selenti *A* 1*a*, *corr.*],
[solamenis *Fr.*],
sterelis *A* 1*a*, *p. 52.
[undeque? *pr. m. A* 1*a*],
*vademonium (vadaem. *Fr.*) *semper,* 40
[venerabelis, vegens *Fr.*],
vero *A* 1*a;* verum *Fr.*;

i *pro* e: *decl. nom. sing.* alis *A* 1*b. B* 1*a*,
milis *pr. m. A* 1*a*,

i *pro* e: *decl. nom. sing.* prolis *A* 1*a*. *B* 1*a*. 2 (prolexs *Fr.*),
sobolis *A* 1*a*. *B* 2,
sospis *A* 1*a*;
abl. sing. cecitati *A* 1*a*,
5 crispanti,
imitationi,
luci *A* 1*a*,
urguenti *Fr.*;
nom. et acc. pl. obtemperantis *Fr.*,
10 oportunitatis *pr. m. A* 1*a*,
optamatis omnis *Fr.*,
plebis *pr. m. A* 1*a*,
proceris *Fr.*,
regis *pr. m. B* 1*a*,
15 veteris *A* 1*a*. *B* 1*a*;
[*pron.* illi *n. sing. Fr.*,
si *pro* se *pr. m. A* 1*a*];
[1. *coniug.* increpit *A* 1*a*,
perturbarint *Fr.*];
20 2. *coniug.* preberis *A* 1*a*. *B* 1*a* (*cf.* indigeris *V. Ioh. c.* 8),
[augit, praepollit, refulgit, splendit *pr. m. A* 1*a*],
[vidit *codd.*],
25 [urguitur *pr. m. A* 1*a*, *at* urguetur *Fr.*],
delituros *pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*;
3. *coniug.* [crederis *pr. m. A* 1*a*, *bis*],
cerniret *Fr.*,
siniret *pr. m. A* 1*a*,
30 poscerit *Fr. cum V. Ioh. c.* 13,
aederit, praeciderit, tenderit, volverit *pr. m. A* 1*a*,
avellerint *pr. m. A* 1*a*;
[4. *coniug.* venerit *pro* veniret *ter Fr.*];
35 vellit *A* 1*a*. *Fr. cum V. Ioh. c.* 10,
velit *pro* vellet *A* 1*a*. *B* 1*a*. 2,
vellint *A* 1*a*. *B* 1*a*. *Fr.* (*alias* vellent),
velint *optimi*, vellent *A* 1*b*. 2;
[accideret *pro* accederet *Fr.*],
40 calciamentorum,
de- *in compositis:*
dimersurum *codd. cum Fr.;* dimersus *A* 1*a*. *B* 1*a;* dimergi *B* 1*a*. *b*,

i *pro* e: de- *in compositis:*
disciscat *A* 1*b*. 2. *Fr.*; discisceret *A* 1*a*. 2. *B* 1*b*. *Fr.*,
discribere,
disperantibus *A* 1*a*. *B* 1*a*, 5
[distinare *saepe A* 1*a*, dest. *Fr.*],
distruas *A* 1*b cum Fr.*,
*p. 53. *[deniget, dinuo *Fr.*],
[herimi *A* 1*a*],
-escere: aduliscens *semper A* 1*a*. — inluciscente *A* 1*a*. *b*. — pubiscens *pr. m. A* 1*a*, 10
[incrimenta *Fr.*],
monastirii *Fr.*,
[negligentia *saepe A* 1*a*],
pavifacti *A* 1*a cum Fr.*, 15
[signitia *pr. m. A* 1*a*],
[seviretate *Fr.*],
[sini *pro* sine *A* 1*a*],
supplimentum *A* 1*a cum Fr.*, *saepe A* 1*a*, *semel A* 1*a*. *B* 1*a*, 20
[timerario *Fr.*],
[vicisimo *pr. m. A* 1*a*];

e *pro* y: zepherorum;
f *pro* ph: falangas, faleramenta, scafa *plerumque*;
[ff *pro* ph: scaffa *saepe A* 1*a*]; 25
[ph *pro* f: prophanum *A* 1*a*. *b*. 2, *non B* 1*a*];
g *pro* qu: ligor *B* 1*a cum V. Ved. c.* 7 (licor *et* liquor *A* 1*a*);

geminatio male omissa:
[c: acommodare *B* 1*a*, acommendare *et* accomodare *A* 1*a*, *alias recte*, 30
eclesia *Fr.*, *at* ecclesia *A* 1*a*, aecclesia *B* 1*a*];
[d: redidit *A* 1*a*];
f: dificilium *pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*,
defert *pro* differt *A* 1*a*. *B* 2 (difert *B* 1*a*),
defusa *pro* diffusa *pr. m. A* 1*a*; 35
[l: pululent *pr. m. A* 1*a*,
solemnis, solemnitatis *A* 1*a*];
m: comeatu;
p: [opidum *A* 1*a cum V. Vedast. c.* 2. 9],
oportunus *A* 1*a cum Fr.*, 40
[reperit *A* 1*a et A* 1*a*. *B* 1*a*; reperisset *A* 1*a*. *b*];
[s: amisione *A* 1*a*, *cf. V. Ioh. c.* 4,

geminatio male omissa:
[s: habisent *pro* abissent, exusit, fesa, iusis, necesarius, permisuros, progresu *A* 1*a*];
geminatio male admissa:
5 [f: aedifficasti *A* 1*a*];
[l: exillium *pr. m. A* 1*a*];
[m: commites *pr. m. A* 1*a, cf. V. Vedast. c.* 5: commitari, reumma *A* 1*a*];
p: inoppinato *A* 1*a*,
10 repperire *A* 1*a*. *B* 2, repperiunt *A* 1*a*. *B* 2 *cum Fr.*, repperiebat *A* 1*a*. 2. *B* 1*a*, reppertum *A* 1*a*,
reppetunt *A* 1*a*. 2. *B* 1*a*,
suppellectilem *A* 1*a*. *B* 2;
r: obserrare *A* 1*a*. 4,
15 serraculum *(non B* 1*a)*;
h *omissa:* abenis *A* 2. *B* 1*a*. 2 *et B* 1*a*. *b*. 2 *cum Fr.*,
alitus,
austu *A* 1*a*. *B* 1*a* (austa *V. Ioh. c.* 17),
*[erbarum, is *A* 1*a*], *p. 54.
20 [oram, orreum, orrida, ortatur *A* 1*a*],
[anelitu *A* 1*a*. *B* 1*b, alias recte*],
debaccans,
[pulcritudine *A* 1*a*];
h *addita:* [habietibus, habisent *pr. m. A* 1*a*],
25 habund- *A* 1*a saepe, B* 1*a nonnumquam*,
hac *Fr., bis A* 1*a, semel B* 1*a*,
[hanxius *pr. m. A* 1*a*],
heremus *semper codd.*,
his *Fr., alias A* 2. *B* 1*a et B* 1*a*,
30 hisdem,
[abhominatus *A* 1*a*],
[honera *A* 1*a*; honeratos *(A* 1*a)*. *B* 1*a*. 2; *cf.* honerari *V. Ved. c.* 5],
[hora, exhorta *A* 1*a*],
35 [hostium *A* 1*a bis, A* 2 *bis;* hostiarius *A* 1*a*. *B* 2];
n *pro* m: *acc.* calmen *codd., alias B* 1*a*,
[demun, menbra *A* 1*a*];
o *pro* u: *decl. nom.* animos,
cibos *A* 1*a*;
40 *abl.* famulato *pr. m. A* 1*a*,
porto *A* 1*a*. 2,
rito *pr. m. A* 1*a*. *B* 1*a*,
vomito *pr. m. A* 1*a*;
[*acc. pl.* sumptos *A* 1*a*];

o *pro* u: [*coni.* largitor *pr. m. A* 1*a*];
[commotasti *A* 1*a*],
[costudiis *Fr.*],
depotatis *Fr.*,
edocare *A* 1*a*, *B* 1*a*, 5
[fororem, iobet *Fr.*],
[iocunda *A* 1*a*],
murmore *A* 1*a*. *B* 1*a*,
[noncupare *pr. m. A* 1*a*, *alias pr. m. B* 2],
[sulforeos, tellori *pr. m. A* 1*a*], 10
-ul-: adolator *A* 1*a*, *alias A* 1*a*. *B* 1*a*,
cellolam *pr. m. A* 1*a cum V. Vedast. c.* 4. 8. 10,
delucolo, famolus *Fr.*,
modolamen *A* 1*a*. *B* 1*a*,
parvolus *Fr.*, 15
paulolum *A* 1*a*,
pericolum *Fr.*,
presole *pr. m. A* 1*a cum V. Ved. c.* 1,
orbem *pr. m. A* 1*a*. *B* 1*b cum V. Ioh. prol.*;
orna *codd.*; 20
[tellori *pr. m. A* 1*a*];

u *pro* o: 2. *decl. abl. sing.* adversu *A* 1*a* (*pr. m.*). 2,
antedictu *A* 3,
collectu *A* 1*b*,
dictu, 25
furtu *A* 1*a bis*,
austu *A* 1*a*. *B* 1*a*,
*p. 55. *peractu,
prefatu sinu *pr. m. A* 1*a*. 2,
visu *A* 1*a*, *corr.*; 30
acc. pl. ablutus *pr. m. A* 1*a*,
candidatus *A* 1*a*,
castigatus *B* 1*a*,
chorus *B* 1*a*. *b*,
episcopus *Fr.*, 35
gloriosus, necessarius *pr. m. A* 1*a*,
medius *A* 4. *B* 1*a*,
nuncius, parvolus, permotus *Fr.*,
praepositus *A* 1*a*, *corr.*,
rubus *A* 1*a*. *B* 1*a*, 40
suus *A* 4,
suscepturus *Fr.*,
triumphus *A* 2. *B* 1*a*. 2,
ultimus alitus *B* 1*a*,

u *pro* o: 2. *decl. acc. pl.* vicinus *Fr.;*
[abuminatus *Fr.*],
caenubium *B* 1*a cum Fr.* (*semel* cinubii) *et V. Ioh. c.* 17 (*ubi saepius* coenubium),
5 [costudiis *Fr.*],
[lucum *pr. m. A* 1*a*],
-ori-: perfuncturio *B* 1*a. b*,
refecturium *A* 1*a cum Fr.*,
[permuta *Fr.*],
10 [prestulantur, scupulorum, turpere *pr. m. A* 1*a*];
oe *pro* e: coepit *A* 1*a. b. B* 1*a*, concoepti *A* 1*a*,
loetifera *A* 2. *B* 1*a. b.* 2,
poenes *Fr. et alias A* 1*a, A* 1*a.* 2, *A* 1*a. B* 1*a, A* 4. *B* 1*a. b* (poenis *pr. m. A* 1*a;* pęnes *B* 1*a saepe;*
15 paenes *V. Ved. c.* 7);
[p *inserta:* dampno *A* 1*a, corr.*,
tempnentes *A* 1*a.* 2];
p *omissa:* depromsimus *A* 1*a. B* 1*a*;
ph *pro* v: stipham (stip:am *A* 1*a*) *A* 1*a. B* 1*a*;
20 r *addita:* frustra *codd. cum Fr., alias A* 1*b.* 2. *B* 2;
x *pro* xs: *exilio, existeret, expectare,
[*at* exspoliator *A* 1*a*],
exulandum;
[xs *pro* s: prolexs *Fr.*];
25 xs *pro* x: exsequentur *A* 1*a.* 2. *B* 1*a;*
ex *pro* s: expectaculum,
exspreta *A* 1c (*cf.* exprevit *V. Ioh. c.* 10);
y *pro* i: [cybus, ymber *semper A* 1*a*],
tyro *A* 1*a.* 2. *B* 2.

30 *Permutationes litterarum* e — i, o — u *multo plures apud Fredegarium quam in codicibus nostris deprehenduntur, verique non dissimile est textum, quem ad hos solos formare potui, quantum ad rationem scribendi auctore ipso paulo esse emendatiorem, cum qui extant codices saeculum X. non* 35 *superent. Attamen in universum liber I. ita traditus est, sicut auctor eum composuerat, dubiaque pauca relinquuntur. Discrepantiam lectionum variantium ad orthographica pertinentem non attuli nisi graviorem. Nomina *autem propria a textu discrepantia apparatui accurate intuli, exceptis usi-* 40 *tatioribus originis Germanicae, quae collecta praefationi inserere visum est, ne semper eaedem aut fere eaedem iterarentur lectiones. Dum in plerisque codicibus nomina* Hild-, *p. 56.

Hilp- *per* H *scribuntur, in uno A* 3 *orthographia Merowingica* Child-, Chilp- *adhuc superest, ibique etiam* -charius *saepe legitur, dum reliqui* -harius *vel* -arius *exhibent.*

Brunichildis] Brunechildis *Fr.*; Brunihildis *A* 1. 1*a**. *b. c (semper). d.* 2*a. B* 1*a (plerumque);* Bruniheldis *A* 2*a, raro B* 1*a;* Brunicheldis *nonnumquam A* 2*a;* Brunnihildis *A* 1*a (passim). a* (saepe). b;* Brunnehildis *A* 1*a;* Brunhildis *A* 1*b;* Brunhild *A* 1*a;* Brunildis *A* 1*a. b;* Brunnildis *A* 1*b.*

Childebertus] *A* 3; Hildibertus *A* 1*a. a*. b (semel* Hiltibertus*);* Hildebertus *passim A* 1*c. B* 1*a.* 2, *raro A* 1*d;* Hildeberthus, Heldebertus *B* 1*a.*

Chilpericus] *semel A* 3; *alias* Hilpericus, Helpericus.

Chlotharius] Chlotar. *A* 1*a* (saepe). c. d;* Chotharius *non raro B* 1*a;* Clotharius *saepe A* 1*c.* 2*a. B* 1*a.* 2; Chlodharius *A* 1*a (saepe). b;* Chlodarius, Clodharius *A* 1*a;* Glotharius *B* 1*a;* Glodharius *A* 1*a;* Lotharius *A* 1*c. d.*

Sigibertus] Sigiberthus *semper B* 1*a. b, raro A* 1*d.* 2*a.*

Theud.] *saepe A* 1*a. d, nonnumquam A* 1*a*.* 2. 2*a. B* 1*a. b.* 2 *et sic semper scripsi;* Teud. *raro A* 1*d.* 2*a; praeterea* Theod. *vel* Teod. *in codicibus legitur, raro in omnibus; at* Theud. *et* Teud. *Fr.*

Theudebertus] *A* 1*a (saepe). a*. d.* 2. 2*a. B* 1*b et sic semper scripsi;* Theudeberthus *B* 1*a;* Theodebertus *A* 1*a. b.* 2. *B* 1*a. b.* 2; Theodeberthi *A* 1*a;* Theodeperti *A* 1*b;* Theodoberti *frequenter A* 3.

Theudericus] Theuderichus *nonnumquam,* Theoderichus *passim A* 1*a.*

In libro secundo recensendo non eadem qua in priore subsidiorum copia abundavimus, deficiente exemplari y, deficientibus etiam codicum praestantiorum x partibus magnis. Nam in V. Athalae (II, 1—6*) codice A* 1*b caremus neque Luxoviensis et Evoriacensis historia (II,* 7—22*) in A* 1*a legitur, quippe qui Bobiensem tantum contineat; V. Bertulfi (II,* 23—25*) codicibus A* 1*c. d deest, ipsa una cum V. Athalae codici A* 1*e, tota posterior libri pars (II,* 11—25*) codici A* 2. *Damnum autem quod liber A* 1*b passus erat codice praestantissimo A* $1b^1$ *reperto facile reparari poterat, in quo ipsa quae ibi desideratur V. Athalae legitur. Iam quibus in codicibus singulae huius libri partes traditae sint, ex hoc conspectu cognosci licet.*

V. Athalae (*II*, 1—6)	*A* 1*a*			*A*1*b*^{1}	*A* 1*c*	*A*1*c**	*A* 1*d*		*A* 2	*A* 2*a*	*B* 1*a*
V. Eustasii (*II*, 7—10)		*A* 1*b*	*A*1*b**		*A* 1*c*		*A d*	*A* 1*e*	*A* 2	*A* 2*a* *ad c.* 8	*B* 1*a*
Mirac. Evoriac. (*II*, 11—22)		*A* 1*b*	*A*1*b**		*A* 1*c*		*A* 1*d*	*A* 1*e*		*A* 2*a*	*B* 1*a*
V. Bertulfi (*II*, 23—25)	*A* 1*a*	*A* 1*b*	*A*1*b**							*A* 2*a*	*B* 1*a*

Laterculum capitum in plerisque codicibus praetermissum perfectum solus A 1*c, priorem partem ad c.* 10. *etiam A* 2. 2*c*^{1} *continent atque in A* 2 *subscriptio legitur haec:* Expliciunt capitula libri secundi. *Quare factum est, ut A* 2*a, addens quae ibi desideratur posteriorem libri partem (II,* 11—25*), tertium librum statueret, cui et laterculum praeposuit* (Incipiunt capitula) *et praescriptionem hanc:* Incipit liber tertius. *Tituli in laterculo collecti iidem capitibus singulis praescripti sunt neque vero capitum praescriptiones omnes adsunt, sed A* 1*d II,* 1—6. 11—22, *A* 2 *partem textui suo convenientem ad c.* 9, *B* 1*a omnium plenissimus totam seriem ad c.* 22. *exhibet, dum in posteriore libro (II,* 23—25*) codices omnes deficiunt, ita ut tituli insequentes ad laterculum supplendi essent.*

**Codex autem B* 1*a, indole sua mutata, in libro II. neque retractationis arbitrariae, qua sermonem libri primi expolitum esse dixi, speciem prae se fert neque condicionem peculiarem obtinet, quam ei origo ab exemplari y deducta in libro I. asseruerat. Menda enim iam in ipso deprehenduntur aperta familiae A* 1 *neque unum exemplar librarius adhibuisse videtur, sed duo diversae originis. Certe per maximam huius libri partem, scilicet per vitas trium abbatum (II,* 1—10. 23—25*), B* 1*a cum codice A* 1*b vel A* 1*b*^{1} *in rectis et in falsis lectionibus convenit:* *p. 57.

II, 1. saeculi] *rell.; om. B* 1*a cum A* 1*b*^{1}*;*
II, 5. tempus [mensis *add. A* 1*a;* que *add. A* 1*c*] Februarii [mensis *add. B* 1*a cum A* 1*b*^{1}]*;*
II, 9. sed postea beatum *add. A* 1*c. d. e.* 2; *om. B* 1*a cum A* 1*b;*
ib. tondi] *A* 1*c. d;* totondi *A* 2; tonderi *A* 1*e*; praecidi *B* 1*a cum A* 1*b;*
II, 10. ope] *B* 1*a cum A* 1*b; om. A* 1*c. d. e.* 2;

II, 24. patrandum opus] *recte A* 1*a*. 2*a et sic codd. omnes II,* 25; patratum o. *B* 1*a cum A* 1*b;*
II, 25. large dapes] *recte B* 1*a cum A* 1*b* (*infra* auxit fides—dapes); largitas opes *A* 1*a;* larg:: post *A* 2*a;*
ib. quam — — vulgo vocant] *recte B* 1*a cum A* 1*b* (*cf. I,* 17: quam vulgo homines — — vocant); quam — — vulgus vocat *A* 1*a*. 2*a;* 5
ib. fuit consilii] *recte B* 1*a cum A* 1*b (cf. V. Ved. c.* 5*; V. Ioh. c.* 3*);* fuit consilium *A* 1*a*. 2*a*.

In Miraculis autem Evoriacensibus (II, 11—22*) codex B* 1*a manifesto cum A* 1*c. d aut cum A* 1*e facit, consentiente A* 1*b cum A* 2*a, alteraque haec ipsius natura ab ipsa praescriptione incipit cum A* 1*d accurate conveniente indeque continuatur usque ad subscriptionem (II,* 22*) hoc modo:* 10

II, 15. ducturam] *recte A* 1*b. e.* 2*a;* ducendam *B* 1*a cum A* 1*c. d;* 15
II, 17. dulcia modulamina canere] *scripsi, comparato loco simili II,* 16 *(infra p.* 267, 25*);* dulci modulamine c. *A* 1*b*. 2*a;* dulci modulatione c. *falso A* 1*c. d. e. B* 1*a;* 20
II, 18. segregatura] *recte A* 1*b. e.* 2*a;* segreganda *B* 1*a cum A* 1*c. d;*
II, 19. Iamque menses sex transierant, quo functa corpora condita fuerant] *A* 1*d recte, ut videtur (cf. I,* 11: iamque quinquaginta dies transierant*);* I. q. transierant menses sex, ex quo defuncta c. c. f. *A* 1*c;* transierant *om. B* 1*a cum A* 1*e;* I. q. menses (mensis *A* 2*a*), ex quo f. (defuncta *A* 1*b*) c. c. f. *A* 1*b*. 2*a;* 25
ib. terrae residui] *A* 1*b*. 2*a;* terrae *om. B* 1*a cum A* 1*c. d. e;* 30
II, 20. omnique anxietatum mole] *A* 1*b*. 2*a;* omnique anxietate *B* 1*a cum A* 1*c. d. e;*
ib. Cumque ergo, ut diximus, extremos (extremas *A* 2*a*) expectaret exitus] *recte A* 1*b*. 2*a* (*cf. supra:* cum iam extremas praesentis vitae expectaret amittere horas); Cumque ergo, ut d., extremos (expectaret *om.*) exitus *A* 1*e;* Cum quo (*e corr.* Cumque *A* 1*d*) ergo, ut d., extremo (expectaret *om.*) exitu *B* 1*a cum A* 1*c. d;* 35 40
II, 22. sucus qui (sucos qui *B* 1*a cum A* 1*c. d, cf. I,* 16, *p.* 179, 16*;* secus quae *A* 1*e et pr. m.* 2*a;* fecis quae *m. al. A* 2*a;* feces quae *A* 1*b*) ex *(om. A* 1*e)* cervisae reliquiis proiciuntur *(*proicitur *A* 1*e*. 2*a).*

Librarium B 1*a complurribus exemplaribus usum esse vel ex turbato ordine vitarum concludi licet, nam V. Bertulfi (II, 23—25) inter Athalam (II,* 1—6*) et Eustasium (II,* 7—10*) locum ibi occupat, ita ut Miracula Evoriacensia iam agmen* 5 *claudant.*

Quae cum ita sint, totum libri secundi fundamentum ad codices A 1 *et A* 2 *iam relatum est. Ex his potiorem fidem A* 1*a. b*[1]. *B* 1*a merentur, qui etiam grammaticam barbaram aut omnes aut singuli integram saepe servaverunt:*

10 *II,* 1. augi] *A* 1*a. B* 1*a;* agi *rell.;*
ib. intentu] *A* 1*a. b*[1]. *B* 1*a;* in tantum *A* 1*c**. *d;* in obtentu *A* 2; obtectu *corr.* obtecti *A* 2*a;*
ib. e luporum ora] *pr. m. A* 1*b*[1]; e l. ore *rell.;*
II, 5. post — intervallo] *A* 1*b*[1]. *B* 1*a;* post — inter-
15 valla *vel* intervallum *rell.;*
II, 6. a caelestia munera] *pr. m. A*1*b*[1]; ad caelestia munera *pr. m. B* 1*a;* a caelesti munere *rell.;*
II, 10. ob quibusdam neglectis] *B* 1*a;* ob qu(a)edam neglecta *A* 1*e*. 2; pro quibusdam neglectis *A* 1*b. c. d.*

20 **Sane vera lectio nonnumquam in nullo reperiebatur, sed libris inter se discrepantibus ita conicienda erat:* *p. 58.

II, 9. a c. moribus *(ita A* 1*c. e. B* 1*a;* more *A* 1*b. d.* 2*)* disciscere] *legas:* a c. mores d., *comparato loco hoc I,* 19: ab o. s. mores *(ita B* 1*a cum Fr.;*
25 moribus *A* 1*a. b.* 3; more *A* 1*c.* 2*)* disciscat;
ib. ab o. mores disciscere] *iterum conicias;* ab o. moribus desciscere *A* 1*e;* ab o. more disciscere *B* 1*c;* ab o. more discisci (descisci *A* 1*b**; descisti *A* 1*b;* discindi *A* 1*c*) *rell.*

30 *Codex A* 1*a inter reliquos praestare videtur h. l.:*
II, 24. loetalibus] *pr. m. A* 1*a;* loco e talibus *(ita B* 1*a;* et alibus *A* 2*a;* et talibus *A* 1*b) rell.*

Etiam codex A 1*b licet magna cum licentia immutatus sit:*
II, 9. barriditatis] *A* 2; bariditatis *B* 1*a*; parilitatis
35 *A* 1*c. d. e;* vanitati *A* 1*b;*
ib. faciditate] *A* 2. *B* 1*a*; facilitatem *A* 1*e*; fa(cundia *m. al. in litura*) *A* 1*d;* felicitate *A* 1*b;* facetia *A* 1*e;*
ib. Tretecus] *A* 2. *B* 1*a*; Tretecus (Tritecus *A* 1*c*; Tricenus *A* 1*d*) episcopus *A* 1*c. d. e*; hereticus *A* 1*b*;
40 *II,* 10. expers] *A* 1*c. d. B* 1*a*; experta *A* 1*b. e.* 2,

multisque hiatibus laboret, tamen inter paleas lectiones quoque splendidas exhibet inprimis in Miraculis Evoriacensibus:
II, 19. praeter favill(a)e *(ita A* 1*b. e. B* 1*a*; favillas *rell.)* vestigium *(ita A* 1*b*; vestium *rell.);*

II, 22. ratum ducimus intimare] *A* 1*b* (ratum ducere *elocutio Ionae propria est);* intimari curavimus *A* 1*e*; intimare curabimus (curamus *A* 2*a*) *rell.*

Librum A $1b^1$ *ad familiam A* 1 *pertinere e locis subsequentibus intellegitur:*

II, 2. vir] *om. A* $1b^1$. *c. d;*

II, 4. opponendis] conponendis *A* $1b^1$. *c. d.*

Inter reliquam primi generis prolem duo maioris auctoritatis libri nunc emerserunt A 1*d et A* 1*e, cognatum A* 1*c cum clientela ipsius A* $1c^*$. c^{**} *haud raro superantes, tresque fratres V. Eustasii praefationem interpolatam praemittentes iisdem naevis laborant:*

II, 7. Villae] quoque *add. A* 1*c. d. e;*

ib. adversum] contra *A* 1*c. d. e;*

ib. felicem fugam — arreptam] felici fuga — arrepto itinere (arreptum iter *A* 1*d*) *A* 1*c. d. e;*

II, 9. comeatum] licentiam *A* 1*c. d. e, textum male immutantes;*

II, 12. oret] roget *A* 1*c. d. e.*

Deficiente codice A 1*e textus V. Athalae in reliquis eodem loco hiat:*

II, 2. violento — collis latera] *om. A* 1*c.* c^*. c^{**}. *d; discrepantibus vero inter se his libris codex A* 1*d minus aberravit propinquis:*

II, 5. quiete] que *A* 1*d; om. A* 1*c.* c^*. c^{**},

et non tantum cum aliis melioris notae codicibus accusativum absolutum accurate servavit ab his praetermissum:

II, 1. receptas oves] *A* 1*d cum A* $1b^1$. *B* 1*a; haec om. A* 1*c.* c^*. c^{**},

sed etiam solus veram auctoris elocutionem posteris tradidit hoc loco:

II, 4. tediebatur] *A* 1*d;* tebatur *pr. m. A* 2; tenebatur *A* 1*a;* tegebatur *A* 2*a;* terebatur *B* 1*a;* terrebatur *A* $1b^1$; tedebat *A* 1c.

Codex A 1e *haud raro a propinquis deerravit, qui propiore necessitudine inter se coniuncti sunt:*

II, 7. deplorat] in(m)plorat *A* 1*c. d,*

immo locos nonnullos omnino retractatos tradidit (e. gr. II, 9. 10*) atque interpolationes ipsius facile deteguntur:*

II, 11. hortamina] merita *A* 1*e (sed II,* 17: hortamina *omnes).*

Sed etsi duce plane certo eo uti non licet, meliorum tamen librorum lectiones nonnumquam confirmavit, relicta affinitate sua:

II, 11. retineret] *A* 1*b. e.* 2*a*; teneret *A* 1*c. d. B* 1*a,*

splendidasque idem solus servavit haud paucas, reliquis aberrantibus omnibus:

II, 9. colligatim] *A* 1*e; collocatim *B* 1*a;* tellicatim *A* 2; stilliatim *A* 1*d;* singillatim *A* 1*b; om. A* 1*c,*

5 *atque inprimis in Miraculis Evoriacensibus sermonem auctoris parum correctum ex hoc codice semel atque iterum melius cognosci licet quam ex reliquis:*

II, 11. coenubio — quem — quemque] *A* 1*e;* c. — quod — quodque (quod *A* 1*c. d*) *rell.;*

10 *ib.* cum fluenta] *A* 1*e;* cum fluentis *A* 1*b. c;* c. fluenti (fluenti: *A* 2*a*) *A* 1*d.* 2*a. B* 1*a.*

Haec tota stirps, scilicet A 1*c. d. e, una cum libro deteriore A* 2*a, qui cum reliquis accurata imitatione certare nequit, lectionem archetypi sola servavit h. l.:*

15 *II,* 12. postulat patri matrique] *A* 1*c. d. e.* 2*a;* p. patrem matremque (que *om. A* 1*b*) *A* 1*b. B* 1*a.*

Exemplaria ea quae B 1*a adhibuit nostris codicibus A* 1 *ut antiquiora ita etiam emendatiora fuisse, ex aetate et fide huius libri colligi licet atque in V. Bertulfi idem cum socio* 20 *A* 1*b collegium alterum A* 1*a.* 2*a haud raro superare videtur. In universum vera lectio in unoquoque fere codice occurrere poterat atque in Miraculis Evoriacensibus fontes nostri ita deficiunt, ut non semel ad coniecturam confugiendum esset.*

Libri II. partes singulas cum codicibus A 1*a. b. b*[1]*. c.* 25 2. 2*a. B* 1*a contuli, cum A* 1*d. e contulit W. Levison socius meus. Discrepantiam lectionum variantium plenam e codicibus tantum A* 1*a et B* 1*a adnotavi atque reliquorum farraginem sicut in libro I. ita in hoc adhibitis exemplaribus similibus purgare nisus sum. Itaque praeter codices A* 1*b* 30 *et A* 1*c usus sum A* 1*b* et A* 1*c* (II,* 1—6*) ad menda tollenda ea, quae in his non redeunt; consentientes vero hos iuxta illos in apparatu critico nominatim minime citavi, quos subaudiri licet, nisi contrarium adnotatum est. Deficientibus codicibus A* 1*b. b* ad capita* 1—6 *libri alterius recensenda* 35 *A* 1*b*[1] *ita adhibui, ut fere omnia exscripserim, atque in Miraculis Evoriacensibus recensendis codicem A* 1*b*[3] *nonnumquam consului, si codicibus A* 1*b et A* 1*b* inter se dissentientibus aut aliis difficultatibus tertius arbiter requirebatur. Ad lectiones A* 1*c percolandas praeter codicem imperfectum* 40 *A* 1*c* (II,* 1—6*) adhibui et A* 1*d (II,* 7—22*) et A* 1*e, quorum menda peculiaria in universum non curavi; codicis A* 1*c** (II,* 1—6*) propioris libri A* 1*c propinqui rationem non habui nisi raro. Etiam codicum A* 2 *et A* 2*a discrepantiam lectionum variantium non admisi nisi communem, at deficiente*

illo hunc ab universitate frequenter ita aberrantem, sicut apud Mabillonium legitur, plenius exscribendum curavi et graviores interpolationes hiatusque omnes attuli. Orthographica et grammatica collatis codicibus admisi ea, quae consuetudini auctoris congruere videbantur.

Ad hanc novam editionem parandam non solum quos antea adhibueram codices nonnulli iterum pervoluti pleniusque nunc exscripti sunt, sed etiam novi adhibiti haud pauci atque in utraque re strenuus adiutor meus extitit W. Levison socius. Etiam ad describendos atque examinandos permultos codices qui nunc demum accesserunt in praefatione enumerati operam studiumque idem diligenter contulit atque in Britanniam profectus omnes qui in bibliothecis illis asservantur adeo percucurrit, ut in classes meas distribui possent. Qui praeterea de hac editione optime meriti sunt, de natura codicum litteris datis certiorem me facientes, eos suis locis supra attuli neque singulorum laudes repetere libet nisi Henrici Lebègue v. c., qui molem codicum Parisiacorum feliciter superavit.

Ionae opus usque adhuc ab editoribus in vitas singulas dissolutum neque, sicut auctor ipse illud disposuerat, in libros duos distinctum, textus autem ad hunc illumve codicem interpolatum obiter recensitus aut ex editionibus praecedentibus repetitus erat, partesque libri secundi (c. 22 ex. et 25) etiam nunc ita iacebant, sicut saeculo XVI. more Suriano retractatae erant. Mabillonius ipse iam aegre tulerat, quod 'ista Ionae opuscula exhibere continua serie sibi haud licuit, qui sanctorum acta quo quisque discessit anno referre propositum habebat'. Nunc demum libros illos in pristinum ordinem primus redegi atque codicibus quotquot nancisci poteram examinatis diligenter recensui. Hi autem sunt, qui ante me edendis vitis singulis operam dederunt:

Boninus M o m b r i t i u s, *Sanctuarium, Mediolani* 1475, *tom. I, fol.* 207—209, *Vitam Columbani excerptam (incip.* Rutilantem*) e codice recensionis B edidit (cf. I,* 1. plerique] *rell.;* plurimique *Mombr. cum B* 1*a.* 2*).*

*p. 59. **N o v a l e g e n d a A n g l i e, anno* 1516. *'impressa Londonias in domo Winandi de Worde', vitas sanctorum ordine litterarum digestas continet*[1], *dum unde ipsa pendet 'Sanctilogium Angliae' a Iohanne vicario de Tynemuthe saec. XIV. compositum dierum natalium ordinem sequitur, atque qui illam novissime edidit Carolus* H o r s t m a n, *Oxonii* 1901, *codicem quoque contulit qui hoc servavit, Cottonianum scilicet, Tiberius*

1) *Eas enumeravit Hardy, 'Descriptive Catalogue' I,* 2, *p.* 736 *sq.*

E. I, saec. XIV. In eum ordinem quo editum est opus redactum esse coniecerunt a Iohanne Capgrave († 1464) *fratrum eremitarum S. Augustini in coenobio Cantuariensi sodali, postea illius ordinis provinciali, cuius nomine illud* 5 *hodie circumfertur, neque vero in codicibus neque in editione principe ipsius mentio fit. Attamen huic auctori 'Catalogum sive Legendam sanctorum Angliae' expressis verbis attribuit Henricus Wharton archiepiscopo Cantuariensi a sacris domesticis expilatamque esse historiam istam addidit 'ex ingenti* 10 *ac pulchro admodum volumine eiusdem argumenti, quod in bibliotheca Cottoniana Ms. asservatur'* [1]. *Haec verba ad Sanctilogium quod re vera Legendae subesse dixi procul dubio referenda sunt, cumque talia vix a quoquam excogitari potuerint, Capgravii nomen titulo radendum minime esse* 15 *censeo. Prologi qui praecedit clausulam potius editoris quam auctoris operis esse inter omnes constat atque etiam in priore textu locus deprehensus est, qui in Capgravii aevum convenire non videtur, sive ille totus ab editore additus est sive a Capgravio conscriptus, a recentiore interpolatus. Sermonem* 20 *interim non negaverunt Capgraviani esse persimilem* [2] *atque ex eodem prologo intellegitur, auctorem ipsius etiam colligendis sanctorum vitis operam dedisse, eundem igitur esse auctorem operis. Textus vero, qui per Legendam ad nos pervenerunt, quam maxime retractati atque in breve coacti* 25 *sunt neque de V. Columbani, quae fol.* 65'—68'. *in editione principe, p.* 206 — 216. *tomi I. in recentissima occupat, iucunda referre poterat W. Levison socius, hanc ipsam examinans in bibliotheca universitatis Bonnensis asservatam. Textus (praescr.:* De sancto Columbano abbate et con- 30 fessore) *exordio decurtato incipit, sicut codices Britannici* $A\,2a^{1.\,2.\,3}$, *scilicet a I,* 2: Beatus Columbanus in Hibernia insula in occeano sita, quam Scotorum gens inhabitat, ortus est, *mox vero ad aliena transit haec:* Hibernia enim antiquitus Scotia dicta est; de qua gens 35 Scotorum Albaniam Britannie Maiori proximam, que ab eventu modo Scotia dicitur, inhabitans originem duxit et progressum habuit, *multisque praetermissis et valde immutatis, ita ut ad Columbanum alterum miracula bestiarum (c.* 17*) relata sint ad sanctum ipsum spectantia, loco c.* 30.

40 1) *H. Wharton, Appendix ad historiam litterariam Guilielmi Cave, Genevae* 1693, *p.* 89. 2) *Hingeston, Iohannis Capgrave liber de illustribus Henricis (Rerum Britannicarum medii aevi scriptores, Londinii* 1858, *tom. VII, p. XLIX), qui prologum ib. p.* 195 *sqq. edidit.*

finem exhibet multo breviorem, eundem fere novum: Columbanus vero, relicto in Alamannia discipulo suo Gallo, transiens in Italiam, Bobium cenobium construxit et circa annum Domini 615. nono Kal. Decembris obiit. Nonnulla quoque famosa cenobia in Alamannia construxit, que usque in hodiernum diem ad monachatum solos Hibernicos, ut fertur, admittunt. *Etsi haud multi loci cum textu genuino comparandi sunt, tamen auctorem Sanctilogii illius e codice quodam Britannico A* $2a^{1.2.3}$ *pendere manifestum est atque ex uno quem socius meus exscripsit loco:*

I, 19. sustentaturum] sustentandum noveris *Leg. Angl. cum A* $2a^{2}$*;* sustentandum minaris *A* $2a^{1.3}$ *cum A 2a,*

concludi licet, exemplar quod Iohanni praesto fuerat Passionali Herefordensi similius fuisse quam reliquis.

Operum venerabilis **Bedae**, *historica, vitas aliquot sanctorum ac collectanea quaedam complectens, quorum catalogum versa pagina docet, tom. III, Basileae* 1563. *Editor Bedanus cum multa opera aliena collegit, tum omnes quae hoc Ionae opere continentur vitas sanctorum primus eruit, compluribus codicibus A* 1 *usus, sed orationem pristinam in sola V. Columbani servavit, retractatis libri secundi partibus singulis. Recensuit autem col.* 275—305. *V. Columbani, incip.* Rutilantem *I,* 1, *fortasse ad codicem A* 1a** *(v. supra* [1]*), adhibito altero libro classis A* 3 [2]:

I, 19. ut — luant] ut — lavent *ed. Bed. cum A* 3′. 3″. 3*; ut — lavant *A* 3;

I, 30. remeare] ire *ed. Bed. cum A* 3. 3′ *(non A* 3*),

col. 305—310. *V. Athalae ad codices similes nostris aut A* 1c. *d, quibuscum hiat II,* 5, *omisso loco ad patriam Ionae spectante hoc* Erat — colonia [3], *aut A* $1b^{1}$,

col. 335—342. *V. Eustasii ad codices similes nostris A* 1*b et A* 1c. *d,*

col. 342—349. *V. Bertulfi et*

col. 356—367. *V. Burgundofarae ad codicem familiae A* 1*b, cui in calce ad mortem sanctae pertinens locus spurius additus erat.*

Laurentius **Surius**, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae* 1571—1575, *vitas sanctorum ad dies festos disponens, Ionae scripta per plures tomos dispersit.*

1) *Supra p.* 63. 2) *Id quod perspexit H. J. Lawlor l. l. p.* 58; *cf. 'N. Arch.' XXIX, p.* 448. 3) *Etiam verba insequentia usque ad* pervenimus *in A* 1c. *d desiderantur.*

Tom. VI (1575), *p.* 484—505, *V. Columbani 'stylum in gratiam lectoris nonnihil expolire conatus est', sed auctoris epistulam 'nihil mutata phrasi' e codice quodam A* 1c *adiecit. Ceterum* Chagnoaldum *I,* 27. *primus restituit, cuius in* 5 *locum* Magnoaldum *editor Bedanus substituerat ope codicis interpolati A* 1a**.

Tom. II (1571), *p.* 92—95. *'Vita S. Attalae abbatis, edita ab Iona Scoto abbate eiusque discipulo', codicibus nullis adhibitis, ex editione Bedana ad verbum iterata est, cumque* 10 *locus cuius supra memini ibi desideretur, auctorem pro Scotto habere poterat expilator.*

Ib. p. 421—428. *'Vita S. Eustachii abbatis Luxoviensis, quem alii Eustasium vocant', ab editore more suo 'plerisque locis in gratiam lectoris' ita retractata, ut inter-* 15 *pretatio nonnumquam cum verbis auctoris coniuncta sit*[1], *e codice simili A* 1c *pendet, quare etiam praefatio interpolata adest, et fortasse ex altero.*

Tom. IV (1573), *p.* 752—756, *V. Bertulfi licet admodum retractata sit, tamen adhuc perspici potest, praeter* 20 *editionem Bedanam etiam codicem illum familiae A* 1b *adhibitum esse.*

Desiderantur igitur miracula Evoriacensia, quae vitae speciem minime prae se ferunt, quamquam et ipsis V. Burgundofarae nomen postea inditum est. Haec demum in 25 *editione posteriore collectionis Surianae* (1618) *IV,* 45—48, *ex Bedana suppleta sunt.*

Vincentius Barralis, Chronologia sanctorum et aliorum virorum illustrium ac abbatum sacrae insulae Lerinensis, Lugduni 1613,

30 *II, p.* 83—110, *V. Columbani,*
I, p. 97—101, *V. Athalae,*
una cum notis marginalibus ex editione Suriana deprompsit.

Thomas Messinghamus, Florilegium insulae sanctorum seu vitae et acta sanctorum Hiberniae, Parisiis 1624, 35 *p.* 219—239, *V. Columbani ex editionibus prioribus *iterandam curavit, bono iudicio textum Bedanum anteponens neque ad Surium recurrens nisi in epistula praevia.* *p. 60.

Patricii Flemingi Hiberni Collectanea sacra seu S. Columbani Hiberni abbatis necnon aliorum aliquot e veteri 40 *ibidem Scotia seu Hibernia antiquorum sanctorum acta et opuscula, per Thomam Sirinum in Lovaniensi collegio*

1) *Cf. II,* 10: misticorum praeconiorum documenta] scripturae divinae mysteria, sive, ut author loquitur, mysticorum praeconiorum documenta.

S. Antonii lectorem iubilatum recens castigata et aucta, Lovanii 1667[1], *ea continent quae auctor origine et ipse Hibernus partim in Italia collegerat, morte vero praematura ereptus ipse publici iuris facere nequiverat, unde sodalis in operam successit. Flemingo facultas codicis olim Bobiensis, nobis* 5
B 1*b*, *adhibendi data erat, ex quo inter 'elogia de S. Columbano collecta' utrumque carmen in honorem sancti a Iona compositum primus edidit, sed ipsam V. Columbani p.* 214—242. *ad codicem 'vetustissimum' monasterii S. Maximini Treverici (= A* 3**) recensuit, cuius exemplar Heribertus* 10
Rosweydus ipsi impertiverat, cumque editionem Bedanam vix novisse videatur, Surianam iis locis adhibuit, ubi codice destitutus erat. Commentarios adiunxit satis prolixos.

Acta sanctorum a Ioanne B o l l a n d o *S. I. colligi feliciter coepta, ab aliis eiusdem ordinis postea continuata,* 15
cum calendarium subsequantur atque ultra primos Novembris dies usque adhuc minime pervenerint, neque Columbani neque Burgundofarae Vitas continent; reliquae autem operis partes his tomis insunt.

Martii tom. II, p. 43—45, *Antverpiae* 1668, *V. Athalae* 20
ab Henschenio edita 'ex codicibus mss. Trevirensi S. Martini, Audomarensi ecclesiae cathedralis, Rubeae vallis canonicorum regularium et Antverpiensi domus professae Soc. Iesu' occupat. Codex Trevirensis S. Martini sine dubio is est qui in apparatu critico S. Maximini dicitur (nobis A 1*b*[5]*); Audo-* 25
marensis autem ecclesiae cathedralis et Antverpiensis, qui ad diem 21. *Novembris non solum V. Columbani ut primum, sed etiam V. Athalae ut secundum atque V. Burgundofarae ut librum III. exhibebat, eiusdem fere condicionis sunt libri, ille scilicet nobis A* 2*a***·2, *hic A* 2*a***, *et ad hunc editio* 30
potissimum formata videtur esse praeferenda Mabillonianae.

Martii tom. III, Antverpiae 1668, *p.* 785—790, *V. Eustasii orationi primigeniae ad codices 'Bertinianum (nobis A* 2*a) et Trevirensem S. Maximini' (nobis A* 1*b*[5]*) reddita inest, cum tertius qui penes editores erat codex S. Salvatoris* 35
Ultraiectinus eam non contineret nisi passim contractam. Praecedit praefatio interpolata conveniens cum codice nostro A 2*a; textus autem genuinus ex A* 1*b*[5] *pendet.*

1) *Editionem quae in 'Hist. litt. de la France' III,* 510, *et alibi commemoratur Augustanam a.* 1621. *paratam numquam extitisse, sed Fle-* 40
mingi opus cum alio confusum esse demonstravit O. Seebass, 'Zeitschr. f. Kirchengesch.' XV, 371.

Augusti tom. III, Antverpiae 1737, *p.* 752—753, *V. Bertulfi (II,* 23*) G. Cuperus ad 'antiquum Musei Bollandianorum codicem, qui signatur* '† *Ms.* 86' *(nobis A* 1*b), edidit, cuius menda ope editionis Mabillonianae tollere* 5 *conatus est.*

Octobris tom. IX, Parisiis 1869, *p.* 617, *Beniaminus Bossue principium c.* 25. *libri II. ad Meroveum monachum spectans e codice A* 1*b oratione primigenia restituta primus publici iuris fecit.*

10 *I. Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Saeculum II, Parisiis* 1669, *totum Ionae opus in partes distributum edidit, codices adhibens melioris notae nullos.*

1) *V. SS. rer. Merov. III, p.* 246. 2) *Cf. 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publ. des dép.' ser. I, tom. IV, p.* 182.

subsequatur. Textus quam maxime retractatus exemplaris similis B 1 *(c.* 6. merore] memoriter *B* 3*a;* memorem *B* 1*) adhuc vestigia servavit, sed praeterea etiam familiae A* 3 *lectiones aliquot in ipso discerni licet. Vita exeunte locus ad sancti patriam spectans ita immutatus est, ut pro oppido* 5 *Tullensi Aquitania substituta sit. Hunc ipsum alter librarius retractans 'alium prologum' (fol.* 45*) composuit, qui primo Alcuini prologum ad Radonem subsequebatur, donec libro Ionae inserto ordo rerum interruptus est. Opiniones diversas novus interpolator ita inter se conciliavit, ut Leucos* 10 *antea ignotos statueret Aquitaniae gentem. Hunc demum prologum textus Alcuinianus (praescr.* Incipit vita beati Vedasti episcopi Atrebatensis*) excipit (fol.* 45—48'*) ad classem C* 2 *pertinens, sed folio inter* 46. *et* 47. *deperdito c.* 6. *(a verbis* tem luceret multorum*) ad c.* 8. *desiderantur;* 15 *tum reliqua de hoc sancto sequuntur scripta a pluribus auctoribus.*

*p. 401. **B* 3*b*) *Codex Atrebatensis n.* 869 *(antea n.* 380*), saec. XIV, olim bibliothecae monasterii S. Vedastis ibique signatus F* 14 [1], *item prologum illum alterum continet, inc.* 20 Aquitania montem.

Locus ad originem sepulchrumque Vedastis spectans, qui in calce recensionis B legitur, a verbis praefationis exorditur; ea autem tam male disposita exhibet, ut expilatorem ea quae expilavit minime intellexisse manifestum sit: 25

Praefatio (c. 1*).*	*B in fine (c.* 10*).*
Vedasti — memoriam posteris commendare ratum ducimus, ut, unde originem duxerit, vel sane vitae cursum peregerit, quamque finem habuerit, prosequi studiamus verbis.	Nam, sicut superius memoravimus, ut, unde originem duxerit, ratum ducimus, Tullinse ortum 30 genere oriundus fuit.

Eodem modo in toto additamento illo auctorem grammatica deseruit, neque elocutionis Ionae propriae vestigium 35 *illic apparet. Ea quae praeterea plura exhibet B utrum interpolata an praetermissa sint, parum liquet:*

c. 1. in magnis ac [in *add. B*] minimis,
c. 7. adtonitus [beatus *add. B*],
ib. Cui [Cum *B*] venerandus vir Vedastus, [qui dum 40

1) *Cf. 'Catalogue général des mss. des bibliothèques publ. des dép.' ser. I, tom. IV, p.* 346.

esset summus pontifex et terrena non metuens, nec regem adolationis curavit *add. B*], ait,

c. 9. Heu me, [heu me *add. B*],

ib. deportare, [dulcissime pater, *add. B*],

c. 10. Cum subito visum est, ut — consumeret, [cum subito *add. B*] — cellola incolomis remansit.

Non pauca quidem epitheta ornantia verbaque iterata, quae ad textum intellegendum opus non sunt, inter illa deprehenduntur, sed genuina quoque inter illa esse non negem. Ea quae a B absunt solaque in A leguntur:

c. 10. ut virtutis suae [ex suffragatione suae *om. B, habet A*] muneris monumentum viventibus reliqueret *(scil. Deus),*

verba ex suffragatione suae *necessaria sunt, cum genetivus* muneris *inde pendeat, atque ea patet per homoeoteleuton praetermissa esse. Denique quod A. B c. 7. inter se discrepant:*

corda infidelium] *A (cf. V. Columb. I,* 27: animas sacrificantum); corda hominum Dei *B,*

locus tam insipienter in B immutatus est, ut in contrarium versa ea videantur, quae scripserat biographus. Ecclesiae Atrebatensis officium divinum huius recensionis auctorem ante oculos habuisse, ex epilogo intellegitur, ubi gesta vel miracula sancti 'coram praesentia fidelium' ipsius sibi enarranda esse statuit, atque clero illi idem sine dubio adscriptus erat, quippe qui intercessionem sancti 'coram excelso' in calce exoraverit. Notum autem est Deum optimum maximum aut arbitrum aequum, clementem, iustum, rectum aut rerum conditorem, creatorem, repertorem, satorem a Iona vocatum esse, quod paulo ante in utraque recensione nomen legitur. Etiam doxologiam ampliorem recensionis B interpolatam esse, comparata Ionae consuetudine, facile intellegitur[1].

Itaque, utraque recensione inter se discrepante, textus ad codices A et praecipue ad vetustissimum A 1*a formandus*

1) ***Classes singulae ita desinunt:***

A.	*B.*
cui est gloria et imperium *(ita A* 1*a;* honor et i. *A* 1*b;* honor et gl. *A* 3*a. c)* in saecula saeculorum. Amen.	cui est honor, laus, virtus, gloria, regnum sempiternum nunc et per infinita saecula saeculorum. Amen.

Cf. V. Ioh. Reom.: cui est honor et gloria in seculorum secula. Amen; *V. Columb. et Eustas.:* cui est gloria (virtus et honor *V. Eust.*) per omnia s. s. A.

erat, qui licet mendis hiatibusque non careat, tamen reliquos longe superat. Liber enim A 2 haud raro ita retractatus est, ut omnino diversa praebeat, et A 3a. b. c, e quibus A 3b. c propinquiore affinitate inter se coniuncti sunt, ex eodem exemplari interpolato hianteque pendent. Consentiente libro 5 *A 1a cum A 2, vera lectio non semper efficitur*[1], *neque calculo B adiecto, res ubique deciditur, cum libri* *p. 402. *A 2. B mendis inquinati esse videantur iisdem*[2]. *Attamen plerumque lectiones codicis A 1a altera recensione, inprimis vetustissimo codice B 1, confirmantur, cum interpolator stolidus* 10 *non multa immutaverit aut addiderit aut omiserit, sed tradita fere servaverit, atque etiam quae hic ipse solus exhibet grammatica nonnulla approbanda erant:*

c. 1. quamque finem] *recte B 1; cf. supra p.* 291, 24;
c. 9. ad vir] *recte pr. m. B 1; cf. supra p.* 57. 15

In ipsis orthographicis A 1a. B 1 nonnumquam conveniunt[3]; *discrepantibus vero iisdem inter se, codicis A 1a scribendi rationem in universum anteposuimus, exceptis lectionibus* inperavit, prophanis, beatisimi, *omnique eiusmodi suppressa discrepantia. Praeterea lectiones variantes ex utroque libro* 20 *plenas adnotavimus, codicum autem reliquorum peculiaria singula suppressimus et A 1b, codicis A 1a affinem degeneratum, nisi raro non consuluimus. Codices ipse contuli praeter paginam libri A 2 errore a me praetermissam, quam, intercedente Henrico Omont v. c., a Cuissard bibliothecario* 25 *Aurelianensi collatam accepi; ad eos quibus olim usus eram nunc accedit codex B 3a a W. Levison sodali meo collatus.*

Du Chesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei, Parisiis 1636, *tom. I, p.* 523. 524, *Vitae partem e codice B 2a publici iuris fecit. Totum vero librum* 30

G. Henschenius, Acta Sanctorum, Antverpiae 1658, *Febr. tom. I, p.* 792—794 (= *Ghesquierus, Acta Sanctorum Belgii* 1784, *II, p.* 38—42) *primus edidit, usus codicibus B 3 et editione praecedente.*

H. v. Schubert, 'Die Unterwerfung der Alamannen 35 *unter die Franken', Argentorati* 1884, *p.* 210—222, *codicem B 1 imprimendum curavit.*

1) *Cf. c.* 7: ritu sacrificata] *rell., ut supra;* ritu sacrata *A 1a*. 2. 2) *Cf. c.* 1: verum] ut cum *A 2;* utrum *pr. m. B 1; c.* 2: ab utroque] *A 1a. b. 3b. c;* (h)ac u. *A 2. B 1. 2a. b.* 3) *E. gr.* caeleberrimae, caeler; 40 relegionis; faverit, properarit; aurire; commitaretur, ferrocem *A 1a. B 1.*

Ultimus editor, A r b e l l o t, *'Dissertation sur le lieu de naissance de Saint Vaast suivie de l'ancienne vie du saint', Parisiis* 1886, *p.* 59—75, *utriusque quidem recensionis codices adhibuit, scilicet Parisienses A* 1*a.* 3*a. b. c. B* 2*a, sed artis edendi imperitus utile nihil praestare potuit.*

De auctore V. Vedastis quae olim statueram, ea magno momento esse ad expendendos historiae Chlodovechi fontes primo patet aspectu, multique post me surrexerunt, ea quae inde concluseram et examinantes et disputantes, quibus hoc loco paucis respondere visum est. Biographus priusquam meum subiit examen, inter scriptores saeculi VI. insignem locum iuxta Gregorium Turonensem occupaverat, eiusque auctoritate usi sunt et pugnam Alamannicam enarrantes et baptismum Chlodovechi, quem Remis factum esse praeter ipsum Fredegarius rettulerat, qui testis tunc multo recentior existimabatur. Postquam autem ipse de quo agitur auctor in aevum dimidio saeculo posterius studiis meis relatus est, cumque eum e Gregorio pendere iam constet, quem pro fonte eiusdem habendum esse Albertus Hauck[1] *olim contenderat, auctoritatem eius deminui ipse Funckius*[2] *concessit atque saeculi praecedentis historiam ad scriptores antiquiores magis quam ad hunc posteriorem describendam esse mihi quidem consentaneum videtur esse. Neque quae de Vedaste episcopo instituto deque rebus Atrebatensibus idem tradidit, ea magis credi possunt, recteque ad episcopum quendam vagantem ea rettulisse mihi videtur A. Hauck*[3]. *Eiusmodi episcopi num ante Columbanum Scottosque atque regnante Chlodovecho in Galliis inveniuntur? Nonne Ionas instituta aevi sui ad Vedastis referens eo ipso facto fidem sibi detraxit? Mitto ursi habitationem in urbe repertam nec repertam habitationem hominis, etsi caecum et claudum episcopus intra muros aditurus obvios habuisse dicitur alimoniam postulantes. De urso illo nonne auctor eadem iteravit, quae in V. Columbani I,* 8, *scripserat, Atrebatum urbem iam loco Vosagi ponens? Atque cerevisiae miraculum, quod de Alamannis in eadem Columbani Vita I,* 27, *auctor enarraverat, nonne idem iterum ad Vedastem Francosque rettulit? Exiguam auctoritatem V. Vedastis equidem attribui nec falsus esse mihi videor.*

1) *Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, p.* 109 *(ed. pr.).* 2) *'Theologische Quartalschrift', Tubingae* 1895, *p.* 351 *sq.* 3) *Hauck l. c. p.* 121[3], *n.* 3.

Interim de sancto illo cum ab antiquioribus vix quicquam acceperimus, ad biographum semper recurrendum erit; de Chlodovechi vero historia res se longe aliter habet.

Habemus de loco baptismi, qui quidem inprimis in controversia versatur, auctorem ipso Gregorio vetustiorem, Nicetium[1] *scilicet episcopum Trevericum, eoque teste 'ad domni Martini limina' rex oraturus cecidit et baptizare se sine mora 'permisit'. Hanc S. Martini ecclesiam veteres harum rerum studiosi Remis posuere, cumque apud Remenses traditum esset, potius in S. Mariae ecclesia regem cum toto Francorum populo baptizatum esse, alii inter orationem et baptismum distinguentes, hoc Hincmari chartaeque cuiusdam Ludowici Pii*[2] *testimonium servaverunt, quae sane ambo suspectae fidei sunt documenta*[3], *— Cointium*[4] *dico et Marlotum*[5] *—; Valesius*[6] *vero idem improbans et Hincmarum erroris arguens, ipsum baptismum Martini ecclesiae Remensi attribuit. E contrario apud Nicetium errorem deprehendisse sibi visus est F. W. Rettberg*[7], D(omni) M(artini) *litteras pro* D(ivae) M(ariae) *ab eo male lectas esse statuens, hancque ipsius coniecturam infaustis auspiciis exortam A. Hauck*[8] *olim approbaverat. Etiam W. Junghans*[9] *Nicetii testimonium ad solum erratum rettulit, biographo nimium tribuens.*

De Turonensi autem S. Martini ecclesia celeberrima neque de alia apud Nicetium agi ipsamque sollemniter Chlodovechum regem adiisse nunc ipse L. Demaison[10] *mecum consensit, atque plerisque iam persuasum est, textum illum minime immutandum neque locum ad errorem auctoris referendum esse. Interim ne Remensis ecclesia gloria sua fraudaretur, inter peregrinationem et baptismum regis omnes ita distinxerunt, ut diversis locis ea facta esse statuerent. Locus epistulae Nicetii talis, qualis in codice unico servatus est:* et baptizare se sine mora promisit, *hoc verbo effugium*

1) *MG. Ep. III, p.* 122. 2) *Flod., Hist. Rem. II,* 19 *(SS. XIII, p.* 469*).* 3) *'N. Arch.' XX, p.* 563, *n.* 4; *Mühlbacher, 'Reg.' n.* 801 [2]. 4) *Le Cointe, Ann. eccl. Francorum I, p.* 145. 5) *Marlot, Metropolis Remensis historia I, p.* 157. 6) *H. Valesius, Res Francicae I, p.* 262 *sqq.* 7) *Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschl.' I, p.* 276. 8) *Hauck l. l. p.* 108 [1]. 9) *Junghans, 'Die Gesch. d. fränk. Könige Childerich und Chlodovech', Gottingae* 1857, *p.* 57. 10) *Demaison, 'Le lieu du baptême de Clovis' apud G. Kurth l. l. II, p.* 310 [2]. *Editor vero huius libri I, p.* 324 [2], *de itinere illo nihil definire voluit, silente Gregorio suo fabuloso, remque in dubio relinquere maluit, etsi veri non dissimile esse concessit, ad sepulchrum S. Martini Turonense regem peregrinatum esse. Admireris non tam concessionis magnitudinem quam ambagum molem, qua opus erat ad Gregorii auctoritatem servandam!*

optatissimum dedit intervalli temporum admittendi, quo Turonis Remos rex proficisci potuisset, unde inprimis quaeritur, utrum ita cum codice legendum, an permisit *cum editoribus anterioribus coniciendum sit. Ipse qui primus* promisit *in textum admisit editor novissimus dubitavit, an potius* permisit *cum Frehero scribendum esset,* pro *pro* per *(e. gr.* prosecutione *bis) etiam alibi ab eodem librario positum esse recte monens*[1]. *Porro quod rex 'promisit' id aut servari aut non servari poterat, ideoque promisso eius res minime decisa erat; quis autem promissum hic expectet, ubi facta requiruntur baptizatique regis triumphi mox singulatim enumerantur? At quaestio sine dubio magna ex parte inde pendet, utrum* promisit *cum legibus grammaticis conciliandum sit annon. Ludowicus Traube vir doctissimus consilio suo me petentem iterum officiosissime iuvans id negavit atque lectionem* permisit *potius admittendam esse ratus est, quia 'me baptizo' pro 'baptizor' dici nequiret. Causae igitur interiores legesque grammaticae obstare videntur, quominus lectio* promisit *servetur.*

'Sine mora' autem Chlodovechus rex Nicetio teste se baptizare permisit, postquam 'humilis ad domni Martini limina cecidit', Turonis scilicet, neque promisit, id quod promittere non poterat, quodque si sine mora promissum esset, vix quisquam magni momenti instar habiturus esset. Turonis si regem Francorum baptizatum esse statueris, annus quem Gregorius tradidit 496. *p. Chr. difficultatem habet, nam a.* 507. *demum Alarico devicto urbs illa in dicionem Francorum redacta est; praeterea licet Remensem urbem auctor ille minime nominaverit, tamen ex auctoritate quam Remigio episcopo baptizanti attribuit eadem concludi poterat, praesertim cum canonibus sanctum esset, ne in dioeceses alienas episcopus inrueret*[2]. *Sed hac de re postea. Certe constat Wisigothico bello finito Chlodovechum regem urbem Turonensem magna cum sollemnitate ingressum esse et S. Martini ecclesiam adiisse*[3], *cuius rei in calce operis sui Gregorius iterum meminit*[4], *atque ea ipsa occasione regem baptizatum esse olim conieceram. Ad hoc Chlodovechi iter Turonense Nicetii epistulam Suyskenus*[5] *ante me iam rettulerat, ordinem rerum ab auctore perturbatum esse statuens, hancque ipsius*

1) *Notarii regum Francorum* per *per notam exprimebant, quae* pro *ab imperitis facile explicari poterat, dum hoc perscribunt.* 2) *Concilia ed. Maassen I, p.* 78. 3) *Greg., H. Fr. II,* 38. 4) *Greg. H. Fr. X,* 31, *de Licinio episcopo Turonensi:* Huius, *inquit,* tempore Chlodovechus rex victor de caede Gothorum Turonus rediit. 5) *AA. SS. Oct. I, p.* 83.

opinionem F. Jubaru nuper renovavit. Hi igitur regem basilicam S. Martini Turonensem a. 508. *adiisse non negant, baptismum vero contendunt a.* 496. *Remis praecessisse neque subsecutum esse, ita ut totam rerum naturam Nicetius subvertisset. Huius perturbationis causam F. Jubaru attulit satis alienam, scilicet reverentiam S. Martino praestitam efficacius contra Arianos argumentum fuisse baptismo, ideoque illam ante hunc a Nicetio male collocatam esse. Mihi autem ipsi baptismo summam vim a Nicetio attributam videtur esse, quocum triumphos de haereticis gestos coniunxerit, atque nullo modo persuadere mihi possum alteram rem ab altera separari licere, quarum altera alteram praeparaverat. Neque ea quae praeterea in S. Martini basilicam Turonensem idem vir doctus attulit approbare possum, scilicet baptisterium ipsi a Gregorio demum additum esse regemque ibi baptizatum esse non posse, quia eius aevo non extitisset, id quod auctor Historiae Francorum non ignorasset. Basilicam enim absolute positam ad S. Martini apud Gregorium semper referendam esse ille existimavit. Quod ut ita esset, tamen Gregorius ipse mox de 'illo* p r i o r e *baptisterio' locutus est*[1] *atque 'in baptisterio ad basilicam' Perpetuus episcopus Turonensis iam saeculo V. vigilias eodem teste celebraverat*[2]. *Cave vero, ne propositioni illi nimiam fidem tribuas, nam basilicam illam utroque loco maiorem neque S. Martini intellegi vult vir harum rerum peritissimus*[3]. *Baptisterium si alteri ecclesiae ademeris, alteri idem attribuere necesse est atque non multum interest, utrum S. Martini an aliam urbis Turonensis ecclesiam anteposueris. Certe Turonos F. Jubaru levius exclusisse mihi videtur quam par erat, ut urbem Remensem substitueret, ex qua salutem christianam Francis exortam esse omnino certum habuit, neque in adhibendis fontibus iudicio satis firmo semper usus est, et chartam Ludowici Pii suspectam admittens et Hincmarum.*

Ad domni Martini limina Chlodovechus non ante cecidit et se baptizandum curavit, quam probata cognovit, quanta in catholicorum ecclesiis miracula fierent neque vero in Arianorum, unde conici licet, inter utramque fidem ipsum haesitasse, atque haereticorum dogmati Lantechildem sororem ipsius deditam fuisse constat[4]. *Schismatum sectatores regis*

1) *Greg., H. Fr. X,* 31 *(SS. rer. Merov. I, p.* 449, 2*).* 2) *Ib. p.* 445, 20.
3) *A. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 246. 247. 4) *Greg., H. Fr. II,* 31.

animum ad hanc partem adducere nisos esse etiam ex ea quam post baptismum Avitus episcopus Viennensis ad regem dederat epistula gratulatoria[1] *intellegitur. Utraque epistula inter se consentiente, dubitari vix licet, quin, praemissa optione, utrum Arianorum an catholica fides approbanda esset, hanc rex elegerit. Apud Gregorium*[2] *vero de Arianorum conatibus ne verbum quidem legitur, sed is eventum totum Chrotechildis reginae catholicae praedicationi votoque attribuit, quod ad victoriam impetrandam in bello Alamannico rex vehementer periclitatus vovisset. Victorias regis baptizati Nicetius plures commemoravit, nullam vero Alamannicam per votum illud catholicum relatam, cumque hanc sane pro manifestissimo miraculo habendam esse negari vix possit, si res se ita habuissent, Nicetio hanc rerum naturam incognitam fuisse concludo. Porro si voto illo ad fidem catholicam rex adstrictus esset, quomodo Avito teste fere in ultimum momentum differre poterat liberum suum arbitrium? Enarratio Gregoriana cum utraque epistula conciliari nequit contrariamque statuens opinionem G. Kurth toto fallitur caelo. Cum victoria Alamannica baptismum minime cohaerere mecum consentit A. Hauck. Facta optione, competentem*[3] *Chlodovechus se professus est certumque dierum numerum expectabat, ad baptismi sacramenta se praeparans. Caesarii adhuc habemus ad competentes sermonem exhortatorium*[4]*, qui paschali tempore in baptisterio baptizabantur, unde etiam regem Francorum eodem tempore baptizatum esse tradidit Fredegarius III,* 21. *Eius vero baptismus a ritu communi omnimodis discrepabat. Primo nativitatis Domini dies ipsi reservatus est, deinde magnus pontificum conventus eum baptizavit. Haec auctor omnino aequalis testatur Avitus. Falsum igitur iterum esse oportet, id quod Gregorius rettulit, a Remigio episcopo Remensi solo regem unda salutari lotum esse, 'clam' a regina arcessito.*

Cum igitur a concilio episcoporum catholicorum ex tota Gallia convocato, cui Avitus episcopus Viennensis interesse non poterat, Chlodovechus baptizatus sit neque ad unum Remigium, sed ad omnes qui convenerant servos Dei caput

1) *Ed. Peiper, Auct. antiq. VI, p.* 75 *sq. Locos nonnullos emendavit, sed cum alia menda tum lectionem depravatam* legisse nostrum *pro* legis nostrae *servavit, decessoris sui exemplo nimium fisus, H. Chevalier, 'Oeuvres complètes de saint Avit', Lugduni* 1890, *p.* 190. 2) *Greg., H. Fr. II,* 29 *sqq.* 3) *Ep. Aviti (l. l. p.* 75, 27*).* 4) *Migne XXXIX, col.* 2242. *Cf. V. Caesarii II,* 17 *(SS. rer. Merov. III, p.* 490*).*

suum gentibus timendum demiserit, rem ecclesiae Gallicanae neque unius civitatis tunc actam esse manifestum est atque ius episcopi loci illaesum manere debebat, seu Turonensi seu Remensi seu alius civitatis baptisterio utebantur. Gregorius nomen loci omnino praetermittens difficultatem manifesto evitavit. Quod si Turonos anteposueris, silentium eius contenderunt explicari non posse; sed si Remos, altum vetustioris biographi Remigii silentium eodem modo inexplicabile est, et si a. 496. *baptismum attribueris, iter Chlodovechi Gregorius praetermisisse convincitur ad urbem, cui ipse postea praeerat. Eam autem quam de baptismo enarravit historiam cum auctoribus aequalibus comparatam apertis erroribus laborare vidimus neque auctoris fides servari poterat nisi ingeniosa G. Kurth*[1] *coniectura, scilicet ipsum cum alia tum haec ad Chlodovechum spectantia ex Vita Remigii multo ampliore quam quae hodie extat deprompsisse. Ita Gregorio suo fabuloso fundamentum paravit, quo enarratio illius hac in parte ante ipsum carebat. Atque hanc coniecturam tam pertinaciter retinuit, obloquentibus omnibus rei peritis*[2], *ut facile intellectu sit, quam desperata res ipsius esset, si eam dimissurus foret.*

Standum igitur est in urbe Turonensi atque in Nicetii auctoritate, quo vetustior de baptismi loco auctor nullus reperitur, quique hoc ipsius testimonium argumentis quibuslibet abrogare sibi videntur, iis praeclara viri rerum Merowingicarum usque ad nostrum aevum scientissimi verba ante oculos ponere libet haec[3]: Equidem vix crediderim Nicetium hominem tantae prudentiae ac dignitatis, qui Chlodoveum videre puer potuit, et ubi baptizatus fuisset scire non solum debuit, sed etiam videre voluit, cum Chlodo-

1) *G. Kurth l. l. II, p.* 236[2]. 2) *Eos enumerare longum est. Etiam V. Severini Acaunensis, quam non solum Bollandiani et A. Giry (cf. Scr. rer. Merov. III, p.* 685*) mecum improbaverant, sed etiam L. Duchesne, 'Fastes' II, p.* 479, *in dubium vocaverat atque C. Narbey, 'Supplément aux Bollandistes' I, p. VIII, II, p.* 1, *vir rerum novarum sane alienus pure fictam condemnaverat, idem vir sagacissimus G. Kurth l. l. II, p.* 267, *defendere ausus est, fraudem obstinatissime negans. Ea quae de recentiore V. Genovefae origine olim concesserat omnia iam revocavit, fortiter retrorsum rediens animalium quorundam exemplo. Quod famam meam gravi opprobrio hac occasione temptabat, quasi argumenta auctoris obsoleti, quem me non ignorasse, sed consulto praeteriisse scripseram (SS. rer. Merov. III,* 686*), 'tacite' depromere dedignatus non essem, virum alioquin non inhumanum, reliquis subsidiis deficientibus, ad calumnias confugisse statuere nolim, sed de tacitis eiusmodi studiis adversarius meus parum tacitus tacite quidem non idem sentire videtur atque ego.*
3) *Valesius, Res Francicae I, p.* 262.

suindae scriberet, in re tam ei quam Francis Gallisque notissima erravisse, et pro beatae Mariae Basilica Martini Basilicam, sive pro Durocortoro Remorum Caesarodunum Turonum posuisse, quam urbem constat tum Alarico Visigothorum Regi paruisse. *Fortiter ille Nicetii auctoritatem tenuit, licet textum eius male interpretatus ad urbem Remensem, ut monui, Martini limina rettulerit, quo de errore hodie non ambigitur.*

Quod ad Wisigothorum dicionem spectat, cui urbs Turonum a. 496. paruisse videtur, hanc difficultatem G. Kurth facillime superasse sibi visus erat, regem eorum, si rogatus esset, peregrinationi Chlodovechi Turonensi vix obstiturum fuisse statuens, idemque argumentum eadem procul dubio facilitate ad baptismum referre poterat, nisi urbi Remensi nimium studuisset. Turonos vero sub Francorum potius dicione eo tempore fuisse, W. Levison[1] *socius meus ex aliquot indiciis acute colligere conatus est, monens Volusianum*[2] *Turonum episcopum Gothis suspectum, quod Francorum imperio se subdere voluisset, in exilium relegatum Tolosae diem supremum obiisse Gothorumque potestati Burdigalam*[3] *a. 498. ereptam Francis cessisse. Quod ad hanc opinionem confirmandam Vitam Sollemnis episcopi Carnoteni attulit, stolidus ille inutilisque fons fidem omnino nullam meretur*[4]*, iustoque iure de eo G. Kurth*[5] *idem iudicavit quod ego simili occasione*[6]*, hanc scilicet viam ad Aimoinum tendere historiae Francorum patronum. Auctor vitae illius mendacissimus saec. IX. in., ut sancto suo baptizati regis Francorum gloriam vindicare posset, loco Alamannorum Gothorum bellum finxit, quo regem ad fidem christianam commotum esse voluit; verbis vero V. Vedastis ad Alamannos spectantibus tam impudenter abusus est*[7]*, ut hos summa audacia erasos ipsi interpolatores in textum restituerint. Eiusmodi auctori auctoritatem ullam attribui non licet.*

Quod si urbem Turonensem dicionis Francorum saec. V. exeunte aliquamdiu fuisse W. Levison recte coniecisse statueris, sicut Burdigalam ipsorum fuisse constat, has eorum victorias non commemorans Gregorius pro ipso baptismi loco urbem

1) *W. Levison, 'Zur Geschichte des Frankenkönigs Chlodowech' ('Jahrb. d. Vereins von Alterthumsfr. im Rheinl.'* 103, *p.* 42 *sqq.).* 2) *Greg., H. Fr. II,* 26. *X,* 31. 3) *Auct. Prosp. Havn., Auct. antiq. IX, p.* 331; *cf. SS. rer. Merov. III, p.* 465, *n.* 1. 4) *Cf. 'N. Arch.' XXIV, p.* 371. 5) *G. Kurth, 'Clovis' II, p.* 283[2]. 6) *'N. Arch.' XII, p.* 289. 7) *V. Sollemnis c.* 7*:* pergit ad proelium, cumque acies contra aciem utrimque tela emissa iactarent, — — cum terga dederunt *(= V. Ved. I, c.* 2*).*

habere non poterat, qua a. 507. *demum Francos potitos esse voluit, atque praeterea cum Arianorum studia animi regis Francorum capiendi, tum alia religionis causa aut praetermisit aut immutavit. Ita Burgundionum quod Francis contra Gothos a.* 507. *tulerant auxilium omnino suppressit*[1], *odio Arianorum bellum commotum esse statuens, quod falsum esse iam Malnory perspexit*[2]; *ita a.* 522. *ad necem filii expiandam a Sigismundo psallentium assiduum apud Acaunenses institutum esse voluit*[3], *quod re vera a.* 515. *alia de causa institutum est*[4]. *Gregorio itaque duce satis firmo in rebus illius aevi examinandis uti fas non est.*

Theodericus rex Ostrogothorum ad Chlodovechum post victoriam Alamannicam litteras dedit, ut devicti populi reliquiis parceret in ipsius fines confugientibus[5]. *Quod consentientibus reliquis fontibus a.* 507. *contigisse oportet, cumque triumpho Alamannico baptismum regis Francorum Gregorius adiunxerit, hunc ad idem tempus rettulit Fr. Vogel*[6], *id quod propter urbem Turonicam et ipse feci. Porro victoria illa a receptione Alamannorum distinguenda est, quae annis nonnullis post illam facta esse potest*[7]. *Praeterea baptizato regi Francorum Nicetius res attribuit non solum in Alaricum, sed etiam in Gundebadum haereticos gestas, quae ad bella Wisigothorum (a.* 507*) et Burgundionum (a.* 500*) spectare videntur, illudque gravius simili occasione ante hoc collocavit ipse Gregorius*[8]. *Ab anno* 496. *recedere necesse minime est, si urbem Turonicam Francis tunc subiectam esse statueris, ideoque coniectura Levisoniana grata acceptaque habenda est. Quod autem ante hos annos concluseram, Remis regem baptizatum minime esse neque causas ipsi fuisse eas, quas Gregorius ei supposuit, urbis illius defensores semper reminisci decet, opinionem eorum saec. VII. med. demum emersisse apud auctores, qui sicut Fredegarius de baptismo falsa aperte rettulerunt, atque Gregorii argumentationem accipi non posse vix quisquam negabit, qui absque opinione praeiudicata ad auctores aequales accesserit.*

B. Krusch.

1) *SS. rer. Merov. III, p.* 467, *n.* 5. 2) *Malnory, 'Césaire' p.* 91. 3) *Greg., H. Fr. III,* 5. 4) *Egli, 'Kirchengesch. der Schweiz' ('Theologische Zeitschr. aus der Schweiz'* 1892, *IX, p.* 86*); Arnold, 'Caesarius v. Arelate' p.* 210, *qui ad pragmaticam quam dicunt auctoris rationem eandem falsam errorem recte rettulit.* 5) *Cassiodori Variae II,* 40. 6) *'N. Arch.' XXIII, p.* 74. 7) *'N. Arch.' XII, p.* 295; *Mommsen, Auct. antiq. XII, p. XXXIII.* 8) *At Gregorius, H. Fr. III, Prol., bellorum quoque rationem habuisse videtur, quae filii Chlodovechi cum Burgundionibus gesserant.*

*INCIPIT[a] VITA SANCTI AC BEATISSIMI VEDASTI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

*p. 406.

(1).[b] Dum[c] sanctorum presolum[1] gloria[d] potissimo[e] semper iure[f] ac solerti[g] indagatione vel imitando exemplo[h] vel litterarum seriae[i] memoriae[k] est conmendando[l], ut clare prorsus lucae reddita ad sui cultus imitationem delinquentium animus studeant[m] provocare, quatenus non solum sibi mercedis[n] lucra affatim cumpilata[o], verum[p] etiam aliorum profecto quoadunata[q] congaudeant: eritque aequus[r] arbiter[s] rerum sator[t] aeternus, ut, qui illis solamina[u] ad augendam relegionis copiam[v] tribuit, imitatoribus supplimentum perficiendi praebere[w] non abnuat[x]. Nec fastidire quispiam debet[y], si in aliquibus rebus, que exiguae hominibus videantur[z.2], supernae[a] virtutis indicia[b] suffragare[c], cum crebro in magnis ac in[d] minimis[e] rectus arbiter et pensando subveniat et subveniendo, ut in maioribus convalescant, prestet auxilium. Venerandi ergo viri Vedasti pontificis Atravatum[f] urbis memoriam posteris[g] commendare ratum ducimus, ut, unde originem duxerit, vel sane vitae cursum[h] peregerit, quamque[i] finem habuerit, prosequi studiamus[k] verbis[l].

Cap. 1. *A* 1*a*. 2. 3*b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 1. a) *ita A* 1*a*. *B* 1 *(ubi* Incipit *deest)*; Incipit vita sancti Vedasti (Atrabatensis *add. B* 2*a*) episcopi et confessoris (et c. *om. B* 2*b*; cuius corpus Atrebato quiescit et est celebracio eius VIII. Idus Febr. *add. A* 3*c*) *A* 3*c*. *B* 2*a*. *b*; Incipit vita sancti Ve| *A* 3*b (mutilus)*; Eodem diae vita sancti Vedasti episcopi *A* 2; Incipit prologus in vita sancti Vedasti episcopi *B* 3*a*; *folio exciso, prior vitae pars (ad p.* 312, *l.* 17. post*) deest A* 3*a*. b) *numeri des. codd.* c) *om. A* 3*b*. *c*. *B* 2*b*; Cum *B* 2*a*; Omnium *B* 3*a*. d) gl. p. s. *om. A* 1*a*; gloriam *B* 1. e) potissimum *A* 1*b*. 2. *B* 3*a*. f) *om. B* 3*a*. g) solertim *B* 1; sollicita inquisitione *B* 3*a*. h) *ita B* 1. 3*a cum V. Columb.*; exempla *B* 2*b*; exemplum *A* 1*a*. 2. i) serae *B* 1, *corr.* k) *om. A* 1*a*; memoria *B* 2*b*. l) *ita V. Col.*; commendando *corr.* commendanda *A* 1*a*; commendand(um *eras.*) *B* 1; commendanda *rell.* m) nt *eras. B* 1; studeat *B* 2*a*. n) marcedes *pr. m. A* 2; merdi *pr. m. B* 1; mercede *B* 3*a*. o) *ita A* 1*a*; (centu *m. al. in ras.*)pilata *B* 1; copulata *A* 2; lucri habunde, v. *B* 3*a*. p) ut cum *pro* verum *A* 2; utrum *pr. m. B* 1. q) quodadunata *pr. m. A* 2. *B* 1 *(cf. c.* 7*)*; coadunata *A* 1*a*; coad:unato *B* 2*b*; adunato *A* 3*c*; una *B* 3*a*. r) equ:s *m. al. corr.* equus *B* 1. s) arbit:rum *corr.* arbiter rerum *A* 1*a*. t) sat9 *pr. m. B* 1. u) sol&mina? *pr. m. B* 1; solamen *A* 3*b*. *c*. v) cupuam *pr. m. B* 1. w) praeberi *pr. m. A* 1*a*. x) nuat *pr. m. B* 1. y) debeat *A* 2; d:git *pr. m. B* 1; deget *B* 2*a*; audeat (*om.* si) *B* 3*a*. z) videntur *A* 3*b*. *c*. a) superni *pr. m. B* 1. b) iudicia *B* 1. *(2b) (non B 2a)*. c) *ita A* 1a *et pr. m. A* 2; suffragia postulare, cum *B* 3*a*; suffragari *rell.* d) *ita B* 1. 2*a*. *b cum V. Col. I*, 15; *om. B* 3*a cum rell.* e) nimiis *A* 1*a*, *corr.* f) *ita B* 1. 3*a* (Atravitensis u. *V. Col. I*, 18*)*; Attravatum *A* 2; Travatum *B* 2*b*; Atrapatum *A* 1*a*; Atrabatum *A* 3*b*. *B* 2*a*; Atrebati *A* 3*c*. g) posteres *pr. m. B* 1. h) per *add., sed delet. A* 1*a*. i) *ita B* 1; quemque *rell.* k) *corr.* studeamus *A* 1*a*, *et sic A* 3*b*. *c*. *B* 2*b*; studimus *m. al. corr.* studemus *B* 1 *et sic A* 2; studuimus *B* 2*a*. 3*a*. l) verbum *pr. m. B* 1, *ut infra*; verbo *B* 3*a*.

1) *Verbis fere eisdem Ionas in Praef. V. Columbani (I,* 1*) utitur.* 2) *Cf. supra p.* 177, 3.

Greg., H. Fr. II, 30.
*p. 407.

(2). Igitur cum inclitus Francorum rex Chlodoveus[a] omni industria sollers Francis regnaret[b], evenit, ut quodam in tempore inter incendia bellorum *adversum[c] Alamannus[d] gentem* ferrocem bellaturus pergerit. Quo cum venisset ab[e] utroque acies, et[f] nisi obvium hostem habuisset, Reni[g] alveum[h] transire vellit[i], cumque[k] ergo utrumque hostium chunei[l] adstarent, et tam Franci quam Alamanni ad mutuam caedem inhiarent[m], commisso proelio, ita vehemens[n] terror Chlodovei[o] animum obrepserat[p], ut in ea pugna seviendi[q] finem horrenda anxietate trucinaret. Cumque ergo suos paene ad internitionem[r] obpremi[s] cerneret[t], tandem divino fultus auxilio[u] in animum[v], oculosque ad caelum elevatos adtollit[w]: 'Unice', inquid, 'potestatis ac maiestatis Deus, quem Chlodchildis[x], conlateranea[y] mea, confitetur, quemque humile[z] precae diae[a] noctuque supplicare non cessat[1], tu[b] mihi hodie hos[c] de hostis[d] concede victoriam, ut et ego[e] te deinceps et[f] corde credendo teneam[g] et adorem'. Cumque his[h] huiusmodi precibus rerum auctorem pulsaret, cessit[i] tandem hostis[k] terga vertendo[l] victoriam[m] Chlodoveo[n]. Victor deinde Alamannos[o] cum

*) scilicet fallacem necnon et *add.* *A* 3*c*.

Cap. 2. *A* 1*a*. 2. 3*b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 2. a) Clodoveus *A* 3*b*. *c*. *B* 3*a*. b) renavit *pr. m.* *B* 1; regnavit *B* 2*a*; imperaret *A* 2. c) adversus *A* 2. 3*c*. *B* 2*b*. 3*a*. d) *ita pr. m.* *B* 1; Alamannos *plerique;* Alamandos *A* 3*b*; Alamannorum *A* 2; Allemannorum *B* 3*a*. e) *ita* *A* 1*a*. *b*. 3*b*. *c*; hac *B* 1; ac *A* 2. *B* 2*a*. *b*. 3*a*. f) *eras.* *B* 1; *om.* *B* 2*b*; sibi *pro* et nisi *B* 3*a*. g) Rheni *B* 2*a*; regni *A* 3*c*; que *add.* *B* 3*a*. h) alitum *A* 3*b*; illius fines *pro* a. *A* 3*c*; alveum — adstarent et *om.* *B* 2*a*. i) *summo folio absciso, hic illic hiat* *A* 3*b*. k) que *om.* *A* 2. 3*c*; que ergo *om.* *B* 2*b*; (e. *om.*) utrique *B* 3*a*. l) chuni? *pr. m.* *A* 1*a*. m) inhierent *pr. m.* *A* 1*a*; inirent *A* 1*b*; instarent *A* 3*c*. n) vie|hemens *A* 1*a*. o) *ita* *A* 2; Chodovei *corr.* Chlodovei *A* 1*a*; Chodevei *B* 1; Chlodovii *B* 2*a*; Clodovei *A* 3*c*. *B* 2*b*. 3*a*. p) *ita* *A* 1*a*. *B* 2*a*; obreserat *B* 1; obpresserat *A* 2; oppresserat *B* 2*b*. 3*a*. q) se vivendi *B* 2*a*. *b*; s(eviendi *desunt, spatio relicto*) *B* 3*a*; seu iniendo *pr. m.* *A* 2; *hiat* *A* 3*b*. r) internicione *B* 1; (i)nternecione *A* 3*b*. s) *ita* *B* 1; opprime *pr. m.* *A* 1*a*. t) cernere *pr. m.* *B* 1. u) auxio *pr. m.* *B* 1. v) *ita* *A* 1*a*. 2. *B* 2*b*; (in *om.*) animum *B* 3*a*; in animo *rell.* w) attulit *A* 2 *(in ras.);* adtollens *A* 3*b*; attollens *A* 3*c*. x) *ita* *A* 1*a*; Chlodohildis *B* 1; Clodochildis *B* 2*b*; Clodohildis *B* 3*a*; Clotchldis *A* 3*b*; Clochildis *A* 3*c*; Chrothildis *A* 2; Chrotildis *B* 2*a*. y) conlactanea *B* 2*b*; collactanea *A* 3*c*. *B* 3*a*. z) *ita* *A* 1*a*; humilem preci *B* 1. a) die : : :, *ras.* que *B* 1. b) tum ibi *pr. m.* *B* 1. c) hoc de *A* 1*a*; hanc de *A* 3*b*. *c*; his de *A* 2; de : : s *B* 1; de his (hiis *B* 3*a*; *om.* *B* 2*b*) *B* 2*a*. *b*. 3*a*; super hos *Greg.* d) *ita pr. m.* *B* 1; hostibus *rell.;* hostes *Greg.* e) in *add.* *A* 3*b*. *c*. f) *om.* *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*. g) tenerī? *pr. m.* *B* 1. h) atque *m. al. add.* *A* 1*a*; et *add.* *A* 2. 3*b*. *c*. *B* 2*b* *et m. al. in ras.* *B* 1. i) caesit *pr. m.* *A* 1*a*. k) hostes *pr. m.* *A* 1*a*; ostibus *A* 3*c*. l) vertentibus *A* 3*b*. *c*. m) victoria *A* 3*b*. *c*; victori *A* 2. *B* 3*a*. n) Clod. *semper* *A* 3*b*. *c*. *B* 3*a*; Chlodo(veum? *eras.*) Chlodoveo *B* 1. o) *ita* *A* 1*a*. *B* 2*a*. *b*; Alamandos *A* 3*b*; Alamanos *A* 3*c*; Allemannos *semper* *B* 3*a*; Alamannis *B* 1.

1) *Cf. Gregor. l. l.:* Regina vero non cessabat praedicare.

rege[1] in[a] dicionem coepit, ovansque ad patria[b] festinus rediens, ad Tullum opidum venit. *Greg., H. Fr. II, 30.*

(3). Et cum iam desiderium reteneret[a], ut caeler[b] ad baptismi gratiam confugiret[c], sciscitando conperit, inibi[d] beatum Vedastem[e] sub relegionis[f] cultu vitam degere, quem mox sibi[g] itinere iunxit. Cum[h] pariter pergerent, quadam diae venerunt in pago[i] Vunginse[k, 2] ad locum qui dicitur Grandeponte[3], iuxta villa Riguliaco[l, 4], super fluvium Axona[m]. Obvium[n] habens caecum[o], multorum annorum *spatia ab hac[p] lucae damnatum[q], petiit beato Vedasto, ut pro se inmensae pietatis postolaret auxilium, ut lumen quod carebat, ipso denique[r] inpetrante, recipere mereretur. Ille fidus de misericordiam[s] Domini dexteram[t] levavit, super oculos caeci signum[u] crucis inposuit, statimque lumen oculorum recepit[v]. Ibique a[w] christianis hominibus basilica constructa esse videtur, ubi in eius honore multa mirabilia fiuntur[x]. Hac inde ad Remorum urbem ad pontificem Remegium[y], qui tunc inibi sacerdotalem cathedram regebat, perduxit. Quo[5] quantisper[z] moratus, sacre[a] trinitatis fidem Chlodoveus professus, baptismi gratiam recepit[b]. Indeque[c] progressus, victor ad patriam rediens, iam dictum Vedastem[d] beato[e] Remegio commendavit.

*p. 408. — *Greg. II, 31.*

Capp. 2. 3. *A* 1*a*. 2. 3*b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 2. a) imperatore *pro* in d. *B* 3*a*. b) *ita pr. A* 1*a*; patriam *rell.*

Cap. 3. a) retererit *m. al. corr.* retinerit *B* 1; teneret *A* 3*b*; restaret *B* 3*a*; *om. B* 2*a*. *b*. b) caelere: *m. al. corr.* caeleriter *A* 1*a*; celeriter *A* 3*b*; ut ad caelesti(s *m. al. add.*) b. *A* 2. c) *ita pr. m. A* 1*a*. d) ibi *A* 3*b*. *c*. e) *ita pr. m. A* 1*a*; Vaedastum *B* 1; Vedastum *rell.* f) religiones *B* 1; religioni oīs c. *A* 3*c*. g) in *add. A* 2. 3*b*. *c*. *B* 3*a*. h) Dum *B* 1. 2*a*. 3*a*; Dumque *B* 2*b*. i) pagum *A* 3*b*. *c*. *B* 2*b*. k) *ita B* 2*b*. 3*a*; Vungise *B* 1; Vungisse *A* 1*b*; Vungisem *A* 3*b*; Vungissem *A* 3*c*; Vongise *B* 2*a*; Voginsę *A* 2; Vungense *pr. m. A* 1. l) Riculiaco *A* 2; Riguliago *B* 2*a*; Reguliacum *A* 3*c*. *B* 3*a*. m) Axono *m. al. corr.* Axonam *B* 1; Axonam *A* 3*c*. *B* 2*b*. n) ovvium *pr. m. A* 1*a*; obvium — damnatum *om. B* 2*a*. o) caeco *pr. m. B* 1; per *add. A* 3*b*. *c*. p) *om. B* 1. *(2a) (habent B* 2*b*. 3*a)*. q) dannato *pr. m. B* 1. r) *om. A* 2. 3*b*. *c*. *B* 2*b*; d. *post* i. r. *positum B* 3*a*. s) *ita pr. m. A* 1*a*; misericordia *rell.* t) dextera *A* 2 *et pr. m. B* 1. u) sinum *pr. m. B* 1. v) recipit *B* 1. w) *om. B* 1 *(pr. m.)*. 3*a*; Ibique — recepit *om. A* 2. x) *ita pr. m. B* 1; fiunt *rell.* y) Remegio? *pr. m. A* 1*a*; Remigium *A* 3*b*. *B* 3*a*. z) aliquantisper *A* 3*b*. *c*; (quantis *versu exeunte om.*) permoratus *B* 3*a*. a) sacri *B* 1. b) *ita A* 1*a*. 3*b*. *B* 2*b*; recipit *rell.* c) *redit A* 2. d) *ita h. l. A* 1*a*. *B* 1; Vedastum *rell.* e) beatum *pr. m. B* 1.

1) *Rex in hac pugna interemptus est. Ionam in Gregorianis hisce:* Cumque regem suum [cernirent interemptum], Chlodovechi se ditionibus subdunt, *verba cancellis inclusa fugerunt.* 2) *Voncq (dép. Ardennes).* 3) *Hodie Vieux-Pont prope Voncq; cf. Jubaru l. l. p.* 297. 4) *Rilly-aux-Oies ad Aisne fl. (dép. Ardennes).* 5) *Item Fredegarius III,* 21, *apud Remos Chlodovechum baptizatum esse contendit, neque vero Gregorius locum tradidit, atque ante eum Nicetius episcopus Trevirensis basilicam attulit S. Martini Turonensem; v. supra p.* 302 *sqq.*

(4). Qui cum apud eum moraretur et in praefata urbae[a] Remorum vitam degerit[b], accedit[c], ut quodam in tempore aliqui[d] ex inlustribus viris ad cellolam eius veneretur[e]. Erat enim mitis animo[f] alloquioque[g] suavis; noverat opem miseris ferre mestosque verbis[h] fovere ac 5 ignavos quosque[i] ad subrietatis[k] normam redigere, omnemque relegionis censuram et exemplo monstrare[l] et verbis[h] studebat edocere[m]. Cumque[n] ergo, ut diximus, quidam de inlustribus viris ad eum prope[o] pervenisset[p], ille de industria ministro[q] iubet, ut concitu gradu post 10 salubria[r] effamina[s] huic virum[t] poculum inferret. Ille ait, se[u. 1] nequaquam in vas, quo aurire solitus fuerat, quicquam vini remansisse[v]. Quo audito, gemens caelum[w] conspicit ac mentem ad superna[x] adtollit[y], ut cito clemens[z] pietas subveniret, mox suo[a] de more, qui in 15 *cf. Ioh. c. 2.* Chana Galileae[b] aquas in vinum[c] mutavit saporem, huius[d] necessitatis tribuat[e] vicissitudinem. Ac mox post impletam[f] orationem ministro urgens imperat, ut ad vas festinus properarit[g] et quae Dominus tribuat[h] adferre[i] festinet. Moxque obediens minister caeler[k] venit[l] vas- 20 *p. 409. que, a quo *vinum aurire solitus[m] fuerat, superfluentem repperit[n]; oppletus[o] gaudio, imperatum munus deportat ac de affluente munere letus denuntiat[p]. Quod ille statim[q] audiens, ne favor patrate[r] virtutis mentem[s] macularet, ministro iubet, ut nulli hoc in propatulo 25

Cap. 4. *A* 1*a*, 2. 3*a* (*a l.* 18). *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 4. a) urbem *B* 1. b) *ita pr. m. A* 1*a*; duceret *B* 3*a*. c) accidit *A* 2. *B* 2*a*. *b*. 3*a*; accedam *m. al. corr.* accidit *B* 1. d) aliquis *A* 3*b*. *c*. *B* 2*a*. *b*. 3*a*. e) *m. al. corr.* venirent *B* 1, *et sic A* 2; veniret *rell.* f) anime *pr. m. B* 1. g) et alloquio *A* 3*b*. *c*. h) verbum *pr. m. B* 1; urbis *B* 3*a*. i) quas *B* 1. (2*a*); *om. B* 3*a*. k) subrietatem (?) norma *pr. m. A* 1*a*. l) monstraret *pr. m. A* 1*a*. *B* 1. m) st. et docebat (*in marg. m. al.* finit) *A* 2. n) que *om. A* 3*b*. *c*. *B* 2*b*. 3*a*. o) propere *B* 2*b*; quoque *A* 3*b*. *c*; *om. A* 2. *B* 3*a*. p) ex *m. al. add. B* 1. q) ministro — effamina *om. B* 1, *tribus litteris rasis (habent B* 2*a*. *b*). r) salubri *A* 1*a*. s) *ita A* 1*a* (*pr. m.*). *B* 3*a*; *m. al. corr.* aff. *A* 1*a*, *et sic rell.* t) *ita A* 1*a*; viro poculum (p. *periit A* 3*b*) *A* 2. 3*b*. *c*; puculum vinum *B* 1; poculum viro *B* 2*b*; poculo viro *B* 2*a*; poculum vini *B* 3*a*. u) *ita A* 1*a*. *B* 2*a*; se *om. A* 3*c*. *B* 2*b*. 3*a*; si nequamquam *B* 1; se ne(quaquam — fuerat *om.*) quicquam *A* 2. v) remansisset *A* 3*c*; remamsisset *B* 1; *periit A* 3*b*. w) caelo *B* 1. x) supernam *A* 1*a*. y) adtoll : : *m. al. corr.* adtollit *B* 1; attulit *A* 1*a*. 3*b*. *c*. z) clementi (cl. *periit A* 3*b*) pietate *A* 3*b*. *c*. a) *ita B* 1. 2*a*. *b*; m. eodem more *A* 1*a*. *b*; mox (*om.* s. de more) *A* 2; m. s. de m. *om. A* 3*b*. *c*; subv., illud recordans miraculum, quod in Ch. *B* 3*a*. b) Galilea *pr. m. B* 1. c) vino *B* 1; vini *A* 3*b*. *c*. *B* 2*a*. 3*a*. d) hius n. *B* 1; huiusque n. *A* 3*b*; huic necessitati *A* 3*c*. e) tribuit *A* 2; tribueret *A* 3*b*. *c*. f) *ab* impletam *incipit A* 3*a*. g) *ita A* 1*a*. *B* 1; properet *A* 2. *B* 3*a*. *b*. *c*. 2*b*. 3*a*. h) tribuerat *A* 2; tribuit *A* 3*b*. *B* 2*a*; tribuerit *B* 3*a*. i) adfer : et *m. al. corr.* adferre *B* 1; afferret *corr.* afferre *A* 3*c*. k) celeriter *A* 3*a*. *c*. *B* 3*a*; *om. A* 3*b*. l) vinit *pr. m. A* 1*a*. m) solutas *pr. m. corr.* solitus *B* 1. n) invenit *A* 3*a*. *b*. *c*. o) oppletusque *B* 2*b*; conpletus *A* 2; repletus *A* 3*b*. *c*. *B* 2*a*. 3*a*. p) denuntiet *A* 2; nunciat *A* 3*b*; renuntiat *B* 3*a*. q) *om. A* 3*b*. *c*. r) patefact : *m. al. corr.* patefactę *A* 1*a*. s) mente ? *pr. m. B* 1.

1) *Pro* si, *velut p.* 202, 8. 249, 19.

iactitando[a] denuntiet[b], sed[c], quoadusque inter superis[d.1] vitam degeret, silendo tegi iobet.

(5). Cumque iam caeleberrimae famae in prefata urbae Remorum esset, et beatus Remegius eum venerationis cultu adtollere niteretur, fuit tandem consilii[a], ut Atravatum[b] urbi[c] eum pontificem faceret, quo Francorum gentem ad baptismi gratiam paulatim docendo ac de industria monendo adtrahere[d] curaret. Suscepto itaque pontificalis cathedrae onus[e], ad urbem Atravatum[f] venit; dumque intra muros adire vellit[g], obvios habuit caecum et clodum, alimoniam[h] postulantes. Cumque ille apostolica[i] de fonte auriens verba depromeret ac diceret, se[k] nequaquam[l] subplimento[m] auri argentique honerari[n], ille[o] adtentius pulsant ac de industria pecuniam quam[p] haberet extorquere vim[q] nitebantur. Ille deinceps inportunae opem petentibus ait: 'Pro auri argentique munera[r], si fides vestra meo[s] commitaretur[t] affecto, divine muneris mox uberius affluentia reddundaret'. Illi[u] aiunt[v], sese[w] ad omnia paratos*. 'Si fides', inquid, 'vestra meis commitatur[x] dictis, pristinam sospitatem utriusque[y] vestrum[z] omnipotentis pietas largiatur[a]'. Manuque[b] mox oculos[c] superposita ac[d] debilia membra adtrectata[e], crucis[f] signo facto, sursum caelos aspiciens, quae poposcit

cf. Act. 3, 6.

*) Respondit Vedastus et dixit (ait *A 3b*) *add. A 3a. b. c.*

Capp. 4. 5. *A 1a. 2. 3a. b. c. B 1. 2a. b. 3a.*

Cap. 4. a) iactando *B 1. 2a (non B 2b. 3a).* b) denuntiaret *A 1a.* c) sed — degerit *eras. B 1.* d) *ita A 1a. B 1. 2a*; superos *rell.*

Cap. 5. a) consilium *A 3a. b. c.* b) *ita B 1 (pr. m.). 2b. 3a*; Adravatum *A 2*; Atrapatum *A 1a*; Atrabatum *A 3a. B 2a*; Adtrabatum *A 3b*; Atrebati *A 3c.* c) *ita A 1a*; verbi *m. al. corr.* urbis *B 1*; urbis *A 3a. B 3a*; urbem *A 2.* d) adtrahendo *pr. m. corr.* adtrahere *A 1a*; adtraheret vel c. *A 3a.* e) honu:, *ras.* s *A 2*; honore *A 3a. c. B 2b*; honore:, *ras.* m *A 3b*; honere *B 3a.* f) *ita B 2b*; Attravatum *B 3a*; Adtravatum *B 1*; Atrapatum *A 1a*; Atrabatum *B 2a*; Adrabatum *pr. m. A 2*; Atrabum *A 3a. b*; Atrebum *A 3c.* g) vellet *A 2. 3a. b. c. B 2a. b. 3a.* h) ad elimoniam *m. al. corr.* alimon. *B 1.* i) *ita A 1a. 3a. b*; apostolico de *A 3c*; apostolico (*om.* de) *A 2*; de apostolica (apostolico *B 2b. 3a*) *B 1. 2a. b. 3a.* k) si *B 1.* l) nequamquam *pr. m. A 1a.* m) subplimen:: *m. al. corr.* subplimentum *A 1a*; supplemen(to *m. al. add.*) *B 1*; supplementum *A 2. 3a. B 2a.* n) *ita A 2. 3a. b. c*; honorari *B 1*; onere *corr.* habere *A 1a.* o) *ita pr. m. A 1a*; illi *rell.* p) qua *pr. m. A 2. B 1.* q) *eras. A 2; om. A 3a. b. c. B 3a.* r) munere *A 2. 3a. b. c. B 2b. 3a.* s) *ita A 1a*; meo — affectu *B 1*; meo — affectui *B 2b. 3a*; me — affectu *A 2*; meum — affectum *A 3b*; meum — effectum *A 3a. c.* t) committeretur *B 3a.* u) Illi — dictis *om. A 2.* v) ageunt *pr m. B 1*; aient *V. Col. I,* 19. w) si se *A 1a.* x) comitat *pr. m. A 1a*; committatur *B 3a*; comittaretur *A 3a*; comitetur *A 3b*; comiteretur *A 3c.* y) utrisque *A 2. 3c. B 2b*; utrique *B 3a.* z) vestro *pr. m. B 1*; vestri *A 3a. b; om. B 2b.* a) largiretur *A 3b. c*; largietur *B 3a.* b) Manusque *A 2 (pr. m.). 3b*; manumque *A 3a. c.* c) oculis *A 2. 3a. b. c. B 2b. 3a.* d) illorum *m. al. in ras. B 1.* e) adtractata *B 1*; debilibus membris attrectatis *B 3a.* f) s. cr. *A 3a. b. c. B 2a. b. 3a.*

1) *Superi sunt viventes apud Ionam.*

impetravit. Nam statim caecus visum, clodus gressum recipiens, ovantes uterque ad propriam[a] remearunt.

(6). Pervenit ergo, ut ecclesiam introiret[a]. Quam cernens incultam ac neglegentiam[b] civium paganorum praetermissam, veprium densitatem[c] oppletam, stercorum[d] ac[e] bestiarum habitaculum[f] pollutam, merore[g] corda subdit omnique[h] *tristicia[i] colla submittit. Nec prorsus homines[k] habitatio urbem frequentabat, que olim ab Attilane[l] Chunorum[m] rege[n] diruta ac torpens[o] squalore[p] relicta fuerat[q]. Ibi et habitatio ursi reperta; quem[r] cum animae[s] dolore a vallo urbis[t] eiecit, ac ne[u] Crientium[1] fluviolum, qui ibi fluit, ultra progrederetur, imperavit[v]: nullatenus illuc visus fuit revertisse[2].

*p. 410.

(7). Erat* gratus[a] paenes regiam aulam nec[b] valebat Francorum viris a profanis erroribus ex integro deviare, sed paulatim, ut se[c] per dulcia[d] municionis[e] effamina[f] religione[g] subdebant, ecclesiae recipiebantur sinu. Actumque deinceps, ut, mortuo[h] Chlodoveo[i], Chlothacharius[k], filius eius, patris[l] in locum suffectus, Francis regnaret[m], et cum egregiae regni regimina regeret, evenit, ut aliqui[n] vir e Francis nomine Hocinus[o] regem Chlo-

*) autem beatus Vedastus *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*.

Capp. 5—7. *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 5. a) propria *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 6. a) introierit *B* 1. (2*a*); introirent *B* 2*b*. b) *ita* *A* 1*a*. *B* 1. c) *ita* *A* 1*a*. 3*b*; densitate *rell.* d) (ac *add.* *B* 3*a*) stercoribus *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 3*a*; stercore *B* 2*b*. e) de *A* 3*a*. *b*; *om.* *A* 3*c*; bestiarumque *B* 3*a*. f) habitaculo *A* 2. *B* 2*b*; habitaculis *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 3*a*. g) memorem *B* 1; memoriter *B* 3*a*; meror *A* 2. h) omnique — submittit *om.* *A* 3*a*. i) *ita* *A* 2. *B* 1; tristiciam *pr. m.* *A* 1*a*; tristici(a)e *A* 3*b*. *c*. *B* 3*a*. k) *ita* *A* 2. *B* 1; hominis *rell.* l) *ita* *A* 1*a*. 3*a*; Atthilane *B* 1; Atillane *A* 3*b*; Attillano *A* 3*c*; Athilane *B* 2*a*; Atilane *B* 3*a*; Atthila *A* 2. m) Chonorum *B* 1; Cunorum *A* 3*a*; Hunorum *B* 2*b*; Caronerum *B* 3*a*. n) regem *pr. m.* *A* 1*a*. o) *ita* *A* 1*a*. 2; tu : : : s *m. al. corr.* turpis *B* 1 *et sic* *B* 3*a*; turpe *A* 3*a*; turpi *A* 3*b*. *c*. *B* 2*a*. *b*. p) re *m. al. in ras.* *B* 1. q) fuerit *pr. m.* *A* 1*a*. r) qem *B* 1; eum *B* 3*a*. s) cum cuanime *B* 1; cum animi *A* 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*a*. *b*. 3*a*. t) urbe *B* 1. u) nec *pr. m.* *A* 1*a*. v) qui *add.* *A* 2; et *add.* *A* 3*a*. *b*; et ut *add.* *A* 3*c*.

Cap. 7. a) gradus *pr. m.* *A* 1*a*. b) ne *pr. m.* *A* 1*a*. c) *om.* *B* 1; ut semper *A* 2. 3*a*; quos *pro* ut se *B* 3*a*. d) dulci *pr. m.* *B* 1; sancte *A* 3*a*. *b*. *c*; *om.* *A* 2. e) : : cionis *m. al. corr.* rationis *A* 1*a*; miti *A* 2. f) effamine *A* 2; affamina *A* 3*a*. *b*. *c*. g) *ita* *B* 1; religionis *A* 3*a*; religioni (relegoni *pr. m.* *A* 1*a*) *rell.* h) rege *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*. i) Clod. *A* 3*b*. *c*. *B* 3*a*. k) Clota|thacharius *B* 1; Chlotharius *B* 2*a*; Chlottharius *A* 2; Chlodharius *A* 1*a*; Chlotarius *A* 3*a*. *B* 2*b*; Clotharius *B* 3*a*; Clotarius *A* 3*b*. *c*. l) in l. p. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*. m) imperaret *B* 3*a*. n) aliqui viri Francis *B* 1; aliqu : is vir e Fr. *A* 1*a*; aliquis (v. *om.*) ex Fr. *A* 2; aliquis vir Francus *A* 3*b*. *B* 2*a*. *b*. 3*a*; aliquit vir Franchus *A* 3*a*; quidem vir Francus *A* 3*c*. o) Hozinus *B* 1. (2*a*. *b*). 3*a*; Ocinus *A* 3*a*. *c*; Ochinus *A* 3*b*.

1) *Crinchon rivus apud Atrebatensem urbem Scarpe fl. influit.* 2) *Idem fere miraculum auctor in V. Columbani I, 8, enarravit.*

thacharium[a] ad prandium vocaret ac inter aulicos[b] regis venerabilem virum Vedastem[c] pontificem invitaret. At ille, — non quod[d] eis consentiendo gulae faverit[e], sed quoadunatam[f] ad regis prandium turbam suis salubribus[g] doctrinis edocerit[h] ac per regiam[i] auctoritatem plerosque[k] ad sacrum baptismum provocare vellit[l], — cumque[m] ergo adtonitus[n] ad prandium vocatus venisset, domum introiens, conspicit gentile ritu vasa plena cervisae domi adstare. Quod[o] ille sciscitans, quid sibi vasa in medio domi[p] posita vellint[q], inquirerit, responsum est, se[r] alia christianis, alia vero paganis opposita[s] ac gentile ritu sacrificata. Cumque ita sibi denuntiatum fuisset, omnia vasa de industria signum[t] crucis sacravit[u], ac omnipotentis Dei nomen invocato, cum fidei adminiculum[v], caeli tum[w] auxiliante dono, benedixit. Cumque benedictionem cum crucis signo[x] super vasa, quae gentile[x*] fuerant[y] ritu[z] sacrificata[a], premisisset[b], mox soluta *legaminibus, cunctum[c] cervisae[d] ligorem quem[e] capiebant in pavimentum deiecerunt[1]. Unde rex miraculo perculsus ac omnes[f] procerum caterva[g] sciscitare[h], quid gestae[i] rei causa[k] fuerit[l], et[m] sibi in propatulo narraret[n]. Cui[o] venerandus vir Vedastus* ait: 'O rex, tuorum decus

*p. 411.

*) qui dum esset summus pontifex et terrena non metuens, nec regem[a] adolationis[b] curavit[c] *add.* *B* 1. 2*a*. *b*; summusque pontifex *add.* *B* 3*a*.

Cap. 7. *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 7. a) *ita* *B* 1; Chlotharium *A* 2. *B* 2*a*. *b*; Chlodharium *A* 1*a*; Chlotarium *A* 3*a*; Clotharium *A* 3*b* (*e corr.*). *B* 3*a*; Clotarium *A* 3*c*. b) au::cos *m. al. corr.* aulicos *A* 1*a*; laicos *A* 2; aulicolas rgis (!) *B* 3*a*; aliquos optimates (obt. *A* 3*b*) regis *A* 3*a*. *b*. *c*; auligas *V. Col.* c) *ita* *A* 1*a*; Vaedastem *B* 1; Vedastum *rell.* d) non ei cons. *A* 3*b*; non causa consenciendi *A* 3*c*. e) fuerat *A* 3*a*. *b*; venit *add.* *B* 2*b*; g. cum eis venit sed *A* 3*c*. f) *ita* *A* 1*a*. *B* 2*a*; quodadunatam *B* 1. g) salubris *A* 3*b*; salubri *A* 3*a*. h) edoceat *A* 1*a*. i) ia *m. al. in ras.* *B* 1; regis *B* 2*a*. 3*a*. k) ple::usquae *pr. m.* *B* 1; plenius *B* 2*a*. *b*; plene *B* 3*a*. l) p. vellet *A* 2. 3*a*. *b*. *B* 2*a*. *b*; provocaret *A* 3*c*; provocaret, venit *B* 3*a*. m) que *om.* *A* 3*b*. *c*. *B* 2*b*. 3*a*. n) beatus *add.* *B* 1. 2*a*. *b*; (a. *om.*) beatus ille ad pr. *B* 3*a*. o) dum *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*; Quod — inquireret *om.* *B* 2*a*. p) *ita* *A* 2. *B* 2*b* (*v. infra p.* 317, 6); domis (?) *pr. m.* *A* 1*a*; domus *B* 1; *om.* *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 3*a*. q) vellit *B* 1; vellent *rell.* r) *om.* *A* 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 3*a*. s) apposita *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 3*a*. t) *ita* *B* 1; signo *rell.* u) consecravit *A* 3*a*. *b*. *c*. v) ad(m)miniculo *A* 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*b*. 3*a*. w) *ita* *A* 1*a*. *B* 1; caeli tunc *B* 2*a*; celitus *B* 3*a*; c(a)elesti *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*b*; c. t. a. d. *om.* *A* 2. x) signis (?) *pr. m.* *B* 1. x*) *ita* *B* 1; *cf. l.* 12. y) fuerunt *B* 1; fuerat *A* 3*a*. z) rita *B* 1; rite *B* 2*a*. a) sacrata *A* 1*a*. 2. b) permisisset *A* 3*a*. *c*; emisisset *A* 3*b*. c) cum (?) *m. al. corr.* cuntum *A* 1*a*. d) sicere *A* 2; se cervi *A* 3*a*; cervisie *B* 3*a*. e) quae *B* 2*a*; *om.* *A* 3*a*. f) *ita* *A* 1*a* (*pr. m.*). 3*b*. *B* 2*a*; ab omni *B* 3*a*; ac omnis *rell.* g) catervas *A* 3*a*; catervae *A* 3*b*. h) sciscitati *A* 2; sciscitaretur *B* 3*a*; coepit *add.* *A* 3*a*. *b*; ceperunt *add.* *A* 3*c*. i) gestae *A* 1*a*; g. rei *om.* *A* 3*a*. *b*. *c*. k) caus(a)e *A* 2. 3*b*. *c*; clausa *m. al. corr.* clausum *B* 2*b*. l) iussitque *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*. m) ut *A* 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 3*a*. n) narrarent *A* 3*a*. *b*. *c*; narraret *B* 3*a*. o) cum *B* 1. 2*a*. *b*; *om.* *B* 3*a*.

Cap. 7. *Nota.* a) *m. al. corr.* regis *B* 1 *et sic* *B* 2*b*. b) adulatione *B* 2*b*. c) *m. al. corr.* curaret *B* 1 *et sic* *B* 2*b*.

1) *Simile miraculum Ionas, V. Columb. I, 27, enarravit.*

Francorum, caernere potes[a], quanta sit diabolicae[b] fraudis astutia ad animas hominum decipiendas. Nam quam putas hic demonum fuisse coniecturam[c. 1], quae per hunc ligorem cervisae corda infidelium[d], praevaricationem[e] suffocata[f], aeterne mortis[g] subdere[h] studerent, sed nunc virtute divina[i] pulsata[k] ac effugata demonis arte[l]? Scire[m] cunctis necessarium est, qualiter ad salubria medicamenta vere[n] fidei christiani descant[o] confugire et has superstitiones gentilium omni[p] nisu studeant pretermittere'. Quae causa multis qui aderant profuit ad salutem; nam multi ex hoc ad gratiam baptismi confugerunt ac sanctae relegionis[q] colla submiserunt.

(8). Erexit[a] ergo[b] supradictam[c] ecclesiam multa per[d] spatia temporum annis circiter XL, ac[e] cursum vitae consummatum, cum iam[f] vellit[g] eum Dominus de huius vitae erumnis ad caelestem provehere regnum, febre[h] corripuit ac exitum denuntiavit. Nam cum in eadem urbi[i] in quadam cellolam[k] iaceret, ignis columna e[l] caelo[m] diffusa supra[n] cellole tegumenta capud tenuit ac per longa noctis spatia plus quam duarum fere horarum inmobilis istetit[o]. Quod cum vir venerabilis[p] audisset, suum[q] exitum denuntiavit, ac[r] omnibus vale dicens, post munitionis[s] effamina[t] animam creatore[u] reddedit VIII.[v] Idus Febroariis[w], felicemque de ac vita[x] exitum[y] agens, solum desiderium viventibus reliquid. Multi in hac[z] hora[a] psallentium audierunt in caelo.

Febr. 6.

Capp. 7. 8. *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 7. a) poti *pr. m. A* 1*a*. b) diabolici *B* 1; diaboli *A* 2. c) coniectura *A* 3*a*; coniecturae *pr. m. B* 1. d) *ita A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*; c. fidelium *A* 3*c*; c. hominum Dei (per *add. B* 2*a*. 3*a*) *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*: animas sacrificantum *V. Col.* e) prevaricationum *A* 3*a*; prevaricatione *A* 3*b*. *c*; *om. A* 2. f) suffocatā *A* 3*a*; *om. A* 2. g) *ita pr. m. A* 1*a*. 2; mentis *A* 3*a*; morti *rell.* h) subdere: (*ras.* t?) studerentur *A* 3*a*; subdere se viderentur *A* 3*b*; subderet (*om.* st.) *A* 3*c*; subdere studeret *B* 2*b*. i) divin:: *pr. m. A* 1*a*. k) pulsa *A* 2. 3*b*. *B* 2*b*. l) artē *pr. m. A* 2; artae *m. al. corr.* arta ē *B* 1. m) namque *add. B* 1. 2*a*. n) viri *pr. m. B* 1; iure *B* 2*b*; *omnino aliud habet A* 2. o) *ita pr. m. A* 1*a*; queant *B* 3*a*. p) g. oms̄ (homines *A* 3*a*; abhominabiles *A* 3*c*) st. *A* 3*a*. *b*. *c*; o. n. st. *om. A* 2. q) religioni *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 3*a*.

Cap. 8. a) :re:xit *A* 1*a*; Erexi *A* 3*c*; rexit *A* 2. 3*b*. *B* 2*b*. b) *om. A* 1*a*. c) superdictam *(A* 3*a*. *c)*. *B* 1. *(2a)*. d) *om. B* 1. *(2a)*. e) a *B* 1; ad *B* 2*a*. *b*; *om. B* 3*a*; *textum omnino immutavit A* 2. f) *om. A* 3*a*. *b*; enim *A* 3*c*. g) vellet *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*a*. *b*. 3*a*. h) eum *add. B* 1. i) *ita pr. m. A* 1*a*; urbem *B* 1. k) cellulā *corr.* cellula *B* 3*a*, *et sic A* 3*a*. *b*; cella *A* 2. l) ē *B* 2*a*; *om. A* 2. 3*a*. *c*. *B* 2*b*. 3*a*; *periit A* 3*b*. m) celum *A* 3*a*. *c*. n) super *A* 1*a*. 2. *B* 3*a*; *cf. supra p.* 274, 3. o) *ita pr. m. A* 1*a*; perstitit *A* 2. p) venenerabilis *A* 1*a*. q) *om. A* 3*a*. *b*; e. s. *A* 3*c*. r) in *add. A* 3*a*. *b*. s) monitionis *A* 2. 3*a*; munitionem *B* 1; monitionem *A* 1*a*; monitionum *B* 2*a*. *b*; commonitionum *A* 3*c*; monita *B* 3*a*; *periit A* 3*b*; municionis *supra p.* 314, 16. t) aff. *A* 2. 3*a*. *c*. *B* 2*a*; salubria *B* 3*a*. u) *ita pr. m. A* 1*a*. v) VII. Id. *B* 1; pridie Idus *B* 2*b*. w) Febroarias *B* 1; Febroarii *A* 3*c*. *B* 2*b*; Februarii *B* 3*a*. x) vitam *B* 1. y) exiit *A* 3*a*; exiens *A* 3*b*. *c*. z) ha? *A* 3*b*; illa *A* 3*c*; in h. h. *om. A* 2. a) choros *h. l. add. A* 2; *post* ps. *add.* coros *A* 3*a*. *c*, voces *A* 3*b*. *B* 2*b*. 3*a*.

1) *I. q. acervus; cf. 'Mittheilungen' XIV, p.* 437.

*(9). Cum hoc[a] beato[b] funere omnes audissent, advenerunt cleros[c] et[d] plebs[e] non solum de illo opido, sed etiam de vicinis urbium[f] pontifices et sacerdotes, ut ipso[g] Dei servo sancto[h] Vedaste ponteficae[i], qua 5 dignum erat, traderent sepultura[k]. Beatum[l] corpus in medio domi positum, ut mos est omnibus, accipientes[m] feretrum cum ipso sancto corpus[n], nullatenus eum de loco[o] promovere potuerunt. Interrogatum est[p] ad[q] vir venerabile Scupilioni arcepresbitero[r] loci illius, quem 10 ipse beatus[s] pontifex enutriverat, quidnam esset. At ille nescire se dixit: 'Utique unum scio, quia cum esset in corpore, sepius audivi eum dicentem, quasi[t] infra muros civitatis nullus defunctus requiescere debebat'. Nam ipse[u] pontifex in oraturio, quem ipse vivens de 15 ligneis tabulis super litus Criencio[v] fluviolo aedificaverat[1], requiescere disponebat; sed tamen nec locus sic delectus[w] nec monumentus[x] praeparatus esse videbatur[y]. Dum de haec[z] ad invicem loquebantur[a], vel quid[b] de ipso agere deberent, venerabilis vir Scupilio[c] merore 20 cordis repletus, commotus in lacrimis, super corpus beati Vedastis[d] genibus provolutus, erupit in voce[e], dicens: 'Heu me[f], beatissimae pater, quid vis ut faciam, quia[g] dies iam declinat[h] ad vespera[i], et omnes, quis[k]

*p. 412.

Cap. 9. *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

25 *Cap.* 9. a) hac *A* 1*a*; h : : *m. al. corr.* viri *B* 1; Cum igitur *A* 3*c*; Cumque *A* 2. b) beatum funus *A* 3*a*; sancti funus *A* 2; beati viri funus *A* 3*c*; (b. *om.*) funus *B* 3*a*. c) *ita pr. m.* *A* 1*a*; clerus *rell.* d) a| *A* 3*b*; ac *A* 3*c*. e) plbes *pr. m.* *A* 1*a*; populus *A* 3*c*. f) *ita* *A* 1*a*. *B* 1; urbibus *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*a*. *b*. 3*a*; (de *om.*) vicinarum urbium *A* 2. g) ipsum sacerdotem *(pro* D. s.*)* *A* 3*a*. *b*. *c*; (i. *om.*) servum D. *B* 3*a*; *omnino aliud* *A* 2. 30 h) sancto Vedasto *pr. m.* *A* 1*a*; sanctae Vedaste *pr. m.* *B* 1; sancti Vedasti *B* 2*a*; sanctum (s. *om.* *B* 3*a*) Vedastum *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*b*. 3*a*. i) *ita pr. m.* *A* 1*a*; pontifici *B* 1. *(2a)*; pontificem *B* 2*b*. 3*a*; pontificali *A* 3*a*. *b*. *c*. k) *ita* *A* 1*a*. *B* 1; sepultur(a)e *rell.* l) vero *add.* *A* 3*b*. *c* *(non* *A* 3*a)*; Sancti igitur c. *A* 2. m) accipientibus *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*. n) corpore *A* 2. 3*a*. *b*. *B* 2*b*. 3*a*; (cum *om.*) ipsum sanctum corpus *B* 2*a*; imponentes *pro* 35 c. i. s. c. *A* 3*c*. o) co *m. al. suppl.* *A* 1*a*. p) autem *add.* *A* 3*b*. *c* *(non* *A* 3*a)*. q) ad viro v. S. *A* 1*a*; ad vir *(m. al. corr.* viro *B* 1; virum *B* 2*a)* venerabilem Scubilionem *B* 1. 2*a*; a viro venerabili Scobilione (Sculpione *A* 3*a*. *b*; Sculpitione *A* 3*c*) *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*b*. 3*a*; (a *om.*) cuidam venerabili viro nomine Scubilione *A* 2. r) a r c h i e p i s c o p o *A* 3*a*. *b*. *c*. s) batus *pr. m.* *A* 1*a*; *om.* *B* 3*a*. t) qu : : : *m. al. corr.* quia *B* 1, *et sic* 40 *A* 2. 3*b*. *B* 2*b*. 3*a*; quod *A* 3*c*. u) ipsi *pr. m.* *A* 1*a*; si *A* 3*a*. *b*; etsi *A* 3*c*. v) Crienci : fluviol : *m. al. corr.* Criencii fluvioli *B* 1 *et sic* *A* 3*c*; Crientio fluviolo *B* 2*a*; Crientii (Crientia *A* 2; Chrienni *A* 3*b*; Crieni *A* 3*a*) fluvioli *A* 2. 3*a*. *b*. *B* 2*b*. 3*a*. w) *ita* *A* 1*a* *(pr. m.)*. *B* 3*a*; delictus *B* 1; dilectus *A* 2. 3*a*. *B* 2*b*; directus *A* 3*b*; aptus *A* 3*c*. x) *ita pr. m.* *B* 1; monumentum praeparatum *rell.* y) videtur *A* 3*a*. *b*. *c*. z) *ita* *B* 1 *et* 45 *m. al.* *A* 1*a*; h : c *pr. m.* *A* 1*a*. *B* 2*b*; hoc *A* 1*b*. 2. 3*b*. *B* 2*a*; *om.* *A* 3*a*; Dum hec *B* 3*a*; vero *pro* de h. *A* 3*c*. a) loquerentur *A* 2. 3*b*. *c* *(non* *A* 3*a)*. b) qui *pr. m.* *A* 1*a*. c) *ita* *A* 1*a*; Sculpilio *A* 3*a*. *c*; Sculpio *A* 3*b*; Scobilius *B* 3*a*; Scubilio *rell.* d) Vedasti :, *ras.* s? *A* 1*a*; Vedasti *rell.* e) vocem *A* 3*a*. *c*. *B* 2*a*. 3*a*. f) (h)eu me *bis scr.* *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*. g) quia — preparavimus *om.* *A* 3*a*. *b*. *c*. h) declinet *pr. m.* *B* 1. i) *ita* 50 *pr. m.* *A* 1*a*; vesperam *B* 1. 2*a*. *b*; vesperum *B* 3*a*; ad v. *om.* *A* 2. k) *ita pr. m.* *B* 1; qu : s *pr. m.* *A* 1*a*; qui *rell.*

1) *Locus a Vedastinis Nobiliacus appellatus idem creditur esse, quem postea S. Vedastis monasterium occupavit; v. supra p.* 296.

convenerunt, remeare festinant ad propriam[a]? Iube ergo te deportare[b.*] ad locum quem olim tibi preparavimus'. Cum haec dixisset, accepto feretro, in qua gliba[c] corporis sancti[d] iacebat, levaverunt eum[e] in humeris suis, nullo[f] onus sentientes; cum magno psallentio[g] deferentes, canebant, dicentes: 'Ambula, sancti[h], viam quam elegisti; festina ad locum quem[i] *tibi[k] preparatum est'. Tradiderunt ei[l] sepultura qua[m] decuit Dei servo in ecclesia[n] ad dextro cornu altaris, ubi ipse[o] pontificale cathedra[p] fungebat officio.

*p. 413.

(10). Nam actum est post aliquo tempore, ut domus eadem, in qua vir sanctus Vedastis[a] pontifex vitam finierat, ignis incendio[b] flagraret ac totam partem domus consumeret. Cum subito visum est, ut una ancillarum fidelissima nomine Habita[c] beato Vedasto visibiliter cerneret et ignem ad[d] cellola, ubi lectum erat, in quo ipse defunctus fuerat, avelleret, et omnimodo consumeret[e]: sola tantummodo[f] cum lecto cellola incolomis remansit. Quam[g] propterea rerum sator urere[h] permisit, ut virtutis suae ex[i] suffragatione suae muneris monumentum[k] viventibus reliqueret[l.], prestantem[m] dominum nostrum**

*) dulcissime pater *add.* *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

**) Nam, sicut superius memoravimus[1], ut, unde originem duxerit, ratum ducimus, Tullinse[a.2] ortum genere oriundus fuit et

Capp. 9. 10. *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 9. a) *ita pr. m. A* 1*a*; propria *rell.* b) deportari *B* 2*a*. *b*; portare *B* 3*a*. c) *ita A* 1*b*; cliba *pr. m. B* 1; glebam *A* 1*a*; gleba *rell.* d) Vedasti *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*. e) *om.* *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*. f) *ita pr. m. A* 1*a*; nullus *pr. m. B* 1; nullum *A* 2. *B* 2*a*. *b*. 3*a*; nullo — *l.* 18. remansit *om.* *A* 3*a*. *b*. *c*. g) *ita pr. m. A* 1*a*; silentio *B* 3*a*; psallencium *rell.*; comitatu *add.* *B* 2*b*. h) *ita A* 1*b et pr. m. A* 1*a*. i) *ita pr. m. B* 1; qu:: *m. al. corr.* qui *A* 1*a*, *et sic A* 2. *B* 2*a*. 3*a*. k) *m. al. in ras.* *A* 1*a*. l) *ita A* 1*a*. *B* 1; ei (eum *B* 2*b*. 3*a*) sepulturae *B* 2*a*. *b*. 3*a*; tr. corpus sancti viri sepulturae *A* 2. m) q. d. D. s. *om.* *A* 2. n) ecccesia *pr. m. A* 1*a*. o) ipsi *pr. m. A* 1*a*. p) *ita pr. m. B* 1; cathedr(a)e *rell.*

Cap. 10. a) *ita pr. m. A* 1*a*; Vedastus *rell.*; V. p. *om.* *B* 3*a*. b) incendii *B* 2*a*; incendium *B* 2*b*. c) *ita A* 1*b*. *B* 2*b*; Habita *corr.* Habitta *A* 1*a et sic B* 2*a*; Havita *A* 2; Abita *B* 1. d) a *A* 2. *B* 2*b*. 3*a*; (ad *om.*) cellulae *B* 2*a*. e) cum subito *add.* *B* 1. 2*a*. *b*; *textum immutavit B* 3*a*. f) tanto(*alt.* tanto *eras.*)modo *B* 1; tantum mo *A* 1*a*; omnimodo — tantummodo *om.* *A* 2. g) Quem *A* 2. 3*b*; Qua *A* 3*a*. *c*. h) *m. al. corr.* uri *A* 1*a*; urire *A* 1*b*; hurere *A* 3*a*; uri *B* 2*a*. *b*; ardere *A* 2; eum humari *A* 3*c*; non *add.* *A* 3*a*. *c*. *B* 3*a*; *periit A* 3*b*. i) *ita A* 1*a*. *b*; ac suffr. (*om.* s.) *A* 2; (ex *om.*) suffr. sui *A* 3*a*; futura suffragationem ostenderet et in posterum sui *pro verbis* ex s. s. *A* 3*c*; *periit A* 3*b*; ex s. suae *om.* *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*. k) *ita B* 1; memoriale *B* 3*a*; monimentum *rell.* l) *ita A* 1*a*. 3*c*; reliquerit *B* 1; relinqueret *A* 2. 3*a*. *B* 2*a*. 3*a*. m) *ita pr. m. A* 1*a*; praestante domino nostro Iesu Christo *rell.*

Cap. 10. *Nota.* a) Tullensis (*om.* o.) *B* 2*b*.

1) *V. supra c.* 1. 2) *Chlodoveus antequam Vedastem Tulli degentem repperit, Iona teste (c.* 2*) 'ad patriam festinus rediens, ad Tullum oppidum venit', quae verba lector parum attentus ad sancti originem fortasse referre poterat.*

Iesum Christum, cui est gloria[a] et imperium in saecula saeculorum. Amen.

---

gloriosum obitum urbem Atravetinsem[a] obiit, ubi suum beatum corpuscolum[b] cum summa veneratione in pacem[c] requiescit, et[d] eius sepulchrum cum lampadibus, aurum[e], argentum, lapidibus praeciosis clariter fulget. Sed quid plura referam? De gesta[f] vel vitam[g] virtutum ipsius, quae[h] per eius meritum Dominus[i] ostendere dignatus est, coram praesencia fidelium suorum longum est ad narrandum. Quapropter, legentibus non[k] sit onerosa nec audientibus fastidium generit[l], breviter intimavimus[m]. Rogemus ergo et adtentius humiliter supplicemus[n], ut fiat pro nobis in caelis coram excelso intercessor, qui pro Christi[o] amore fuit fidelis confessor usque ad mortem in terris *add.* *B* 1. 2*a*. *b*. — Nunc, sicut superius memoravimus, unde originem duxerit, ratum ducamus. In Aquitania oriundus fuit nobilibus procul dubio natalibus. *[Aquitaniam cum origine Tullensi Henschenius ita coniunxit, ut Leucus Aquitaniae locus fictus sancti patria statueretur, pro verbis* In — natalibus *novam interpolationem addens, quae in B 3a praemisso lemmate:* Item alius prologus in vita beatissimi Vedasti episcopi *Alcuini epistulam subsequitur atque ad vetustiorem codicem pertinet, dum Ionae opusculum schedas postea insertas occupat:* Aquitania montem habet, qui equalibus pene spaciis Petragoricam et Lemovicam civitates dirimit. Mons ille magnus et sui quantitate multum terre occupans, longe lateque altitudine fere nubes penetrans, si graves sint. Super cacumen eius antiquis et preteritis etatibus incertum an civitas an castrum situm fuit, cuius enormitatem et munitissimam magnificentiam ruinarum indicia et moles dirute satis demonstrant, quanta fuerit res *ipsa. Nomen montis ex tunc et nunc Leucus est; ex nomine montis castrum illud etiam nomen sortitum est, sed et populus regionis illius Leuci sunt dicti, maxima pars Aquitanie usque in Occeanum. Testes sunt perpetua fama et plures scripture iam[p] hodie, quod illa omnia ita nuncupantur. De Leucis ergo beatus Vedastus oriundus fuit, nobilibus procul dubio natalibus, prosapia sicut ingenua, ita insigni et famosa, prediorum affluentia et habundantia divitiarum locupletissimi, ut nichil de seculari defuerit gloria. Puer studio litterarum felici auspicio mancipatus est, nam omnia que ad institutum stu-

*p. 414.

Cap. 10. *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*. 3*a*.

Cap. 10. a) *ita* *A* 1*a*, *ubi* Explicit vita sancti Vedasti *m. al. add.*; cui est honor et i. (gloria *A* 3*a*. *c*) in secula seculorum. Amen *A* 1*b*. 3*a*. *c*; cui est et| |Explič vit| *A* 3*b*; (cui — imperium *om.*) in secula seculorum. Amen. Explicit vita sancti Vedasti episcopi *A* 2; cui est honor, laus (decus *B* 2*b*), virtus, gloria (et *add.* *B* 2*b*), regnum sempiternum nunc et (semper *add.* *B* 2*a*) per infinita saecula saeculorum. Amen. Explicit vita sancti Vedasti (episcopi *add.* *B* 2*a*. *b*) *B* 1. 2*a*. *b*.

Cap. 10. *Nota*. a) n. Atrabatensem *B* 2*a*; urbe Atravetense *B* 2*b*. b) corpus colimus cum *B* 2*b*. c) pace *B* 2*a*; in p. r. *om.* *B* 2*b*. d) ubi *add.* *B* 2*b*. e) auro, argento *B* 2*b*. f) *ita* *B* 2*a*; iesta (?) *m. al. corr.* gestis *B* 1 *et sic* *B* 2*b*. g) vita *B* 2*a*. *b*. h) *ita* *B* 2*a*. *b*; per quem *B* 1. i) *om.* *B* 2*b*. k) *scr.* ne. l) generet *B* 2*a*; generent *B* 2*b*. m) intimamus *B* 1, *corr.* n) *ita* *B* 2*a*. *b*; subpliciter *B* 1. o) Christo *pr. m.* *B* 1. p) scripture. Nam h. *B* 3*a*.

dium attinebant, divino suggerente suffragio, plenissime hausit. Verum in his omnibus nullo abusus est, sed gradatim ad summa aspirans, vere secundum Deum et que illius sunt demum phylosofatus est, ut solum Deum et voluntatem eius et precepta amplecteretur certus de reposito fructu. *Ea* 5 *quae in altero prologo codicis B 3a sequuntur verba:* Demum — et vite eterne. Explicit prologus *etiam in Ionae opusculo interpolato leguntur, sicut ea infra exscripsi. De Leuco sancti patria v. 'Mittheilungen' XIV, p. 434].* Demum beatissimus plus quam adolescens parentes fugit, divitias 10 contempsit paternas et gloriam et amplissimas prediorum possessiones[a], acsi brevissime essent: ita patriam evasit; applicuit tandem ita solitarius, ita vacuus ad fines, qui Alemannos prospiciunt. Ibi de loco ad locum pauper exulavit pro amore Dei et vite aeterne. Et quia tanto tem- 15 pore in partibus illis conversatus fuit, incole illius patrie existimaverunt illum et adhuc existimant in Tullo, tunc opido, nunc civitate, fuisse natum, *et B 3a desinit, versu uno et dimidio vacuis relictis, et textus Henschenianus, in quo interpolatio duplex coaluit et Ionae et Alcuini.* 20

Cap. 10. *Nota.* a) ita sprevit *add. Hensch.*

VITA IOHANNIS ABBATIS REOMAENSIS.

*SS.R.Merov. III, p. 502.

Iohannis monasterium in Ternodorensi pago civitatis Lingonensis inter Hormentionem et Sidenam fluvios situm erat loco, qui olim Reomaus vocabatur. Ubi cum Ionas abbas cycli Victoriani repetiti a. 100, i. e. p. Chr. n. a. 659, mense Novembri, itineris, quod Chlotharii regis matrisque eius Balthildis iussu Cabillonum faciebat, labore fessus per paucos dies quiesceret, fratrum precibus victus, sancti actualem vitam spiritalemque contemplationem, quidquid per discipulos posterosque compertum erat, litteris mandavit librumque Hunnani ipsius monasterii abbati dicavit.

Iohannes eo teste in finibus Ternodorensis castri, in villa quae Quartaniacus vocabatur ad Bridenam fluvium sita a parentibus non ignobilibus, patre Hilario, matre Quieta ortus erat, annosque circiter 20 *natus, postquam perparvum in natali solo oratorium condidit, saltum adiit, quem postea monasterium occupabat. Monachos eo undique confluentes regulae subiecit; crescente autem eorum numero, melius sibi fore ratus aliis oboedire quam dominari, monasterium reliquit et ad religiosorum mores accuratius perquirendos Lerinum se contulit, ubi disciplina regularis ab Honorato instituta etiamtunc florebat. Ubi cum per annum et dimidium incognitus humiliter servisset, ab advena quodam agnitus et a Gregorio episcopo Lingonensi ad monasterium derelictum revocatus est: duas enim ille epistulas ea de causa miserat, unam ad congregationem Lerinensem, alteram ad sanctum ipsum. Regressus fratres ad Macarii regulam, assistente Filomere monacho, educabat, scilicet ut laboriosis operibus dediti loca saltuosa cultura redderent fertiliora. Exempla istius laboris in miraculis afferuntur, quae posteriorem Vitae partem potissimum occupant, ibique etiam certa temporum indicia deprehenduntur, scilicet Nicasius 'curam rei publicae administrans'* (c. 11), *sine dubio comes castelli*

Avallonis ille, qui post Childeberti mortem (a. 558*) Germanum episcopum ad prandium invitavit*[1], *expeditio Theudeberti regis Italica (c.* 15*) a.* 539. *facta pestilentiaque gravis (c.* 17*) a.* 543. *Cum posterius miraculum nullum enarratum sit, verisimile est, sanctum paulo post defunctum esse, i. e. c. a.* 544, *neque interpolationi textus recentioris credendum est, ubi a.* 539. *traditur*[2]. *Annos circiter* 120 *complesse dicitur, sepultus haud procul a monasterio in eius finibus, loco ut probabiliter conicitur, qui Corpus sancti (hodie Corsaint) olim vocabatur. Eius fama ante Vitam conscriptam vix percrebuit, licet Sequani vicini Segestri monasterii conditoris,* *p. 503. *qui eum *ipsum visitaverat*[3], *meminerint et Gregorius*[4] *et auctor Martyrologii Hieronymiani*[5]*; postea vero fastis sacris monasterii Luxoviensis die quo obierat*[6] 28. *Ianuarii illatus est his verbis*[7]*:* V. Kl. Feb. deps. sancti Iohannis abbatis. *Successor ab eo ipso destinatus Silvester abbas, qui per longum tempus florens die* 15. *Aprilis defunctus est, Germani episcopi Parisiensis (c. a.* 555—576*) aequalis erat*[8]. *Eius iussu Mummulus*[9] *cognomento Bonus*[10] *monasterium gubernandum suscepit, isque a.* 579/80. *episcopus Lingonensis electus, Leubardinum fratribus consentientibus praefecit, sub quo patroni corpus S. Mauricio sacro die* 22. *Sept. in eum quo Ionae tempore erat locum translatum est. In hac translatione V. Iohannis desinit.*

Posterior eius pars non solum fide digna est, sed etiam in iis quae de expeditione Theudeberti Italica enarrantur ad historiam conscribendam aliquid confert; prior autem non ita approbatur. Iohannem consulem Gallias sub imperii iure rexisse (c. 2*), parum consentaneum est, locusque auctorem*

1) *Fortunat., V. Germani c.* 30. 31. 2) *Locus a Roverio, Reomaus p.* 23, *Vitae C insertus hic:* anno Domini 512, iuxta quod in cyclo beati Victurii episcopi numeratur *(=* 539 *p. Chr.), qui in codicibus minime legitur, ex libro computi Reomaensis monasterii iam deperdito interpolatus videtur esse, in quo etiam conditi monasterii 'annus Domini* 415*' (scil. Victorianus =* 442. *p. Chr.) indicatus erat. Huius calculi auctorem ante saec. VIII. med., quo Victorii paschale abolitum est, neque vero multo ante degisse verisimile est.* 3) *V. Ioh. c.* 14. 4) *Attamen Iohannes a Gregorio praetermissus in codice interpolato* 1a* *libri in Gl. Conf. ante c.* 86, *ubi de Sequano agitur, locum iam occupat.* 5) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [122] *sq.* 6) *V. Ioh. c.* 19. 7) *'N. Arch.' X, p.* 92. 8) *Cf. Fortun., V. Germani c.* 35: Quidam clericus deiuxta monasterio beati Silvestri in Ternoderinsem *et q. s. Ex hoc antiquissimo testimonio concludi licet, abbatis quicumque sedebat nomine monasterium primo vocatum esse.* 9) Mumulinus *nomen in V. Ioh. c.* 19. *perperam scriptum est.* 10) *Greg., H. Fr. V,* 5.

habet in historia administrationis Romanae minus versatum, neque de consulari quodam Lugdunensis primae cogitandum videtur esse, cum consulis illius, cuius tempore Iohannes Iohannis baptistae die festo euangelio admonitus desertum 5 adiisset, Iohannis nomen suspectum sit per se. Atque sancti aetas eo tempore, quo ex Lerinensi insula in monasterium suum rediit, cum aevo Gregorii Lingonensis episcopi vix aegreque conciliari potest. Illum enim c. a. 424. *natum, cum hic sedem episcopalem adeptus est, octogenarium fuisse 10 oporteret, si Ionae calculus constaret; regulae autem discendae cupiditas vix ultra adulescentiam progredi permittit. Sine dubio iusto seniorem biographus sanctum fecerat, neque mirum est, quod res saec. V. gestae memoria hominum duobus saeculis post viventium omnino exciderant. E contrario 15 fabulae accreverant, eaque quae de puteo intra monasterium sito enarrabatur (c.* 2*), ut est absurda, ita fratribus non adeo inutilis erat: iam enim aquae inde haustae miram sanandi vim attribuentes ex miseria aliorum lucra facere poterant monachi (c.* 17*).*

20 *Sanctus vitia eadem evitabat, adversus quae Cassianus disputaverat, abbatisque Isaac exemplum tam strenue imitatus videtur esse, ut Collationes ad verbum expilare potuerit biographus (c.* 18*); brevi autem spatio et in itinere vitam elaboranti auctori ad aequitatem iudicis provocare licet.*

25 *Codices V. Iohannis primigeniae duo tantum aetatem tulerunt:*

A 1) *Codex* ***Parisiensis*** *n.* 11748, *ex bibliotheca S. Mauri Fossatensis (n.* 38*) in monasterium S. Germani a Pratis (n.* 487, *olim n.* 1060*) translatus, formae maximae,* 30 *saec. X, fol.* 151—154'. *V. Iohannis exhibet mutilam. Est enim et ipse imperfectus, cum post fol.* 151. *unum desideretur, et ex imperfecto exemplari exscriptus, textu c.* 18. *in Vitam Eugeniae transeunte, quibus de causis c.* 1—4. *med. finisque inde a c.* 18. *med. exciderunt. Praeterea folia quae* 35 *adsunt pumice partim ita tractata sunt, ut praefationis laterculique capitum magna pars legi nequeat et in c.* 14. *ex.,* 15. *in. frustula tantum litterarum appareant.*

A 2) *Codex* ***Parisiensis*** *n.* 5306 *(Colb.* 775, *Regius* 3654*), formae magnae, saec. XIV, fol.* 65—67, *textum* 40 *Vitae plenum continet, nisi quod prologi cum laterculo capitum desiderantur.*

**Ea quae in A* 1 *extant satis accurate tradita sunt, neque ab eo libro nisi raro recessi, quem etiam in orthogra-* *p. 504.

phicis secutus sum[1]. *Codicis autem A 2 librarius multo recentior sermonem vetustiorem eundem parum correctum suo arbitratu passim immutans eandem fidem non meretur. Itaque felici casu contigit, ut ad textum emendandum non paucis locis, ubi A 1 defecit, alia subsidia adhiberi liceret.* 5

Aevo enim Carolingico liber Ionae in ipsius sancti monasterio a duobus falsariis retractatus est. Auctor prior B non solum sermonem expolivit, sed etiam narrationem ipsam melius disposuit, incerta determinavit, omissa proprio Marte audacter supplevit, alia abscidit, miracula tria tantum 10 *admittens, idque ad generale quoddam concludendum, neque ultra sancti mortem progressus est: sordidam igitur vestem non sine arte quadam splendidiorem reddidit, hanc autem ut commendaret, in impudenti mendacio delituit, se ipsum saeculo VI, ideoque ante Ionam, vixisse affirmans his verbis:* 15 Et ne quis hoc fabulosum putet esse quod dicimus, referente viro venerabili Agripino diacono, ipsius Agrestii filio, cognovimus[2]. *Cum interpolator Gregorii, scilicet librarius codicis Bernensis n. 199, saec. IX*[3], *Vitam falsam iam legerit, verisimile est, ad Caroli Magni aevum elocu-* 20 *tionis facilitatem referendam esse. Neque multo post auctor C, permulta miracula in B omissa esse aegre ferens, ex A et B tertiam Vitam conseruit. Materiam in duos libros distribuit, ita ut priorem textus B cum duobus miraculis A suo loco insertis, posteriorem autem A occuparet. Fontes* 25 *compilator fere ad verbum exscripsit vel Vitam A, a qua retractanda mox destiterat, sed locos homileticos B expunxit aliaque addidit incertaque et ipse determinavit. De origine autem opusculi sui decessoris vestigia secutus vel impudentius mentitus est. Contendit enim, res a Iohanne gestas primum* 30 *se descripsisse, 'qui illum saepe vidissent vivorum ac praesentium memoria teste'*[4], *miraculumque quod ipse addidit a sancto sibi 'proprio sermone'*[5] *enarratum esse, totumque alterum librum ab eius famulo Laeto diacono. Mendacia sua ipse redarguit homo stolidus, proprios Ionae prologos* 35 *praemittens, unde et tempus et nomen veri auctoris colligitur. In ultimo Vitae capite, quod ad Silvestrum abbatem spectat, Fortunati V. Germani c. 35. et expilavit et citavit*[6]. *E translationibus, quae subsequuntur, priorem ex Ionae libro*

1) *At litteram* h *male additam suppressi et in A* 1 (exhemplum, hita, homne, husui) *et in A* 2 (hortus). 2) *Vide infra c.* 9. 3) *SS. rer. Merov. I, p.* 803. 4) *Vita C, I,* § 3. 5) *Ib. I,* § 14. 6) Scriptum in gestis habetur praefati beati Germani. 40

deprompsit, alteram autem, quam 'post annos aliquot' a Bettone episcopo Lingonensi saec. VIII. ex. factam esse affirmavit, ipse adiecit cum miraculis nonnullis, eaque postea continuata sunt usque ad tertiam translationem tempore Nortmannorum, scilicet a. 888, *factam. Compilatio igitur C priori saec. IX. parti attribuenda videtur esse.*

Utramque Vitam ad recensendum textum primigenium adhibui, et

B, quam coartatam Surius (1581) *VII, p.* 708. 709, *et ex ipso* Barralis (1613), *p.* 367—369, *integram autem* Mabillon (1668) *Saec. I, p.* 633—636, *edidit, et*

C, quam a Roverio, *Reomaus, Parisiis* 1637, *p.* 1—23. 70. 73, *et* Bollando, *Ianuar. II, p.* 856—863, *editam cum codice* Mettensi *n.* 195, *saec. XI*[1], *contuli.*

Denique V. Treverii *(AA. SS. Ian. II, p.* 33*), cuius auctor Ionae librum dolo malo expilavit, non sine bono fructu uti licuit.*

Horum subsidiorum ope iis locis, qui altero codice deficiente soli in altero leguntur, **verba errore praetermissa non semel supplere potui, quae uncinis [ ] inclusi; ea autem quae scriptura codicis A* 1 *evanescente ex C tantum erui poterant, inprimis in praefatione laterculoque, in quo complura posteris restituenda etiamnunc restant, ita distinxi* ⌜ ⌝.

*p. 505.

Vitam Iohannis primigeniam, examinato codice A 1, *F.* Stöber, *'Zur Kritik der V. S. Iohannis Reomaensis'*[2], *Ionae certis argumentis adiudicavit, atque qua necessitudine cum editionibus recentioris aevi ea cohaereat, omnino recte exposuit; codice autem imperfecto usus, neque quantum historiam perscrutantibus illa proficiat divinare neque editionem criticam parare poterat. Incidenti mihi in codicem A* 2 *utrumque reparare successit defectum, editionemque quam paravi principem textus A actis instituti Austriaci ('Mittheilungen d. Instituts f. österreichische Geschichtsforschung' XIV, p.* 411—427*) inserui.* B. Krusch.

1) *Vitam C ibi hymni missaeque de Iohanne ipsiusque translationes subsequuntur, quae, folio exciso, mutilae in verbis:* calamitatibus christianorum *desinunt. E codicibus B. C plurimis propter vetustatem praeterea commemorandi sunt* Sinemurensis *n.* 1 *(cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 615 *sqq.), quo Roverius usus est, eiusque gemellus* Vaticanus, *Reg. christ. n.* 493, *uterque saec. X.* 2) *'SB. der phil.-hist. Classe der kaiserl. Akad. d. Wissensch.', Vindobonae* 1885, *CIX, p.* 319—398.

INCIPIT[a] VITA SANCTI IOHANNES[b] MONACHI ET ABBATIS[c].

Anno centesimo post explicionem numeri sancti Victori episcopi[1], ciclum recapitulantem, anno tercio regni domni Clotharii regis indolis, ex iusso ipsius principes vel genetrices[d] suae praecelse domne Baltilde regine cum ad orbem[e] Cabalonnensem[f] noni mensis secunda ebdomada Ionas abbas per Riomao sancti Iohannis monasterio preteriens, paucis diebus inibi pro labore itineris quievit, cumque victus precibus fratrum ipsius coenubii, ut que[g] per discipulus memorati confessoris Christi vel posteris eorum veraciter conperta erant de actuale vita hac spiritale contemplatione articulo dicendi convertit, praedictus Ionas Hunnane abbati[2] inquid.

659, Nov.

PRAEFATIO VITAE BEATI IOHANNES MONACHI[h] ET ABBATIS.

Pre⌜cel⌝lentissima[i] sanctorum prosequentes exempla, que luce clarius urbem tam in sermone docendum quam exemplum monstrando inluminavere, prorsus declarare adque [omnibus[k] patefacere] omne studio omneque conato, cum conperta fuerint, debemus, ut scilicet ⌜tam men⌝tis ⌜homi⌝num cael⌜esti desi⌝derio[l] innexas, quam ⌜etiam sim⌝plicium animos hominibus p⌜rofani⌝s[m] ⌜ad vita⌝m pro⌜vocemus aeternam⌝, ⌜ut[n] dum⌝ prae⌜cede⌝ntium p⌜rae⌝-s⌜ulum, monachorum[o]⌝ adque patrum ⌜labores atque studia cont⌝ricio⌜num mortificationu⌝m⌜que exem⌝pl⌜a⌝ ⌜tru-cina⌝nd⌜o mentis intentione pensamus, in eorum imitationem tam nostra corda quam aliorum mentes erigimus⌝, qu⌜atinus et doctrinae solamina⌝ et ⌜laborum supplimenta, Christo⌝ f⌜avente, studeamus subire. Nec inmerito eorum

Prol. *A* 1. *C.*

Prol. a) *prologos et laterculum capitum om. A* 2. b) IOH̄ : E *A* 1. c) QUOD EST *(spatio relicto) add. A* 1. d) genetricę *A* 1. e) *pr. m. corr.* urbem *A* 1. f) mitteretur *add. cod. Sinemur. textus C m. s. XV.* g) qui *A* 1. h) *ita scripsi;* presbyteri *A* 1. i) Pre . . . lentissime *A* 1. k) *ita C;* o. p. *om. A* 1. l) . . . .derii *A* 1. m) *ita conieci;* h. pr. *om. C.* n) *ita C; evanuisse videtur* Qu . . (quas *vel* quam) *A* 1. o) a. p. m. *C.*

1) *Victorius natione Aquitanus (Gennad.* c. 88*) ab auctoribus vetustioribus episcopus minime appellatus est.* 2) *Chunna 'magnae religionis vir ex genere Burgundionum' in monasterio Luxovio sub Waldeberto abbate (a.* 629—670*) stipendia fecerat; cf. V. Germani abb. Grandivall.* c. 6.

virtutes ac gesta religiosa christiana laude fulciunt⌉ur, ⌈qui uno spiritu diversitate virtutum florentes, diversis quoque donorum⌉ mu⌈n⌉e⌈ri⌉b⌈us adornantur iuxta i⌉llu⌈d⌉ Isa⌈iae dictum: *Qui sunt isti, qu⌉i ut nubes vo⌈lant et* Is. 60, 8.
5 *quasi columbae a⌉d fenest⌈ra⌉s s⌈ua⌉s?* N⌈ulli quippe dubiu⌉m ⌈est⌉, iuxta quod ⌈va⌉s ⌈electionis sup⌉plimentum Act. 9, 15. dono⌈rum⌉ sp⌈iritaliu⌉m, S⌈piritus⌉ sancti ⌈tu⌉ba canente ⌈ac de⌉monstr⌈an⌉te formam, p⌈ate⌉fecit, ut[a], d⌈um si⌉n-guli in singulis *ex ⌈conditor⌉is ⌈la⌉rgicione pro mer⌈it⌉is *p. 506.
10 dona capi⌈endo⌉ famul⌈a⌉tum div⌈i⌉ni n⌈om⌉inis exer⌈ce⌉nt, ⌈cu⌉mulum post recipiant meritorum.

EXPLICIT.

⌈INC⌉IPI⌈UNT CAP⌉ITULA.

1. De orto et conversatione[a] ⌈e⌉ius.
15 2. De in⌈tro⌉itu he⌈re⌉mi et coenubii sit⌈u⌉[b] ac serpente[c] mortua.
3. De ⌈concur⌉so fra⌈tr⌉um religiosorum et progresso itineris, adque processum ad s⌈uum⌉ p⌈erferebat c⌉oe⌈n⌉ubium.
20 4. Qualiter sub ⌈dici⌉one abbatis Lerine⌈n⌉si⌈um⌉ s⌈e⌉s⌈e⌉ oboedi⌈en⌉do ⌈co⌉ntulit adque pat⌈riam a⌉g⌈nitu⌉s ⌈iubetur⌉ rep⌈edare⌉.
5. De re⌈gres⌉su[d] ⌈eius et Filomeris soda⌉lis su⌈f-fragio⌉.
25 6. D⌈e visita⌉tione matris et conte⌈m⌉ptu ⌈oblectationis ma⌉terni desiderii.
7. D⌈e⌉ f⌈urto⌉ r⌈eperto⌉ s⌈ecur⌉u⌈m⌉.
8. D⌈e pauperem seminu⌉dum ⌈in⌉ventum.
9. De cont⌈emptu⌉ Agr⌈e⌉st⌈i et pe⌉nitudine e⌈ius⌉.
30 ⌈10.⌉ De ⌈s⌉preto[e] ⌈gerulo⌉ ad Cla⌈rum⌉ der⌈ec⌉to.
⌈11. Qua⌉l⌈iter famulus⌉ d⌈em⌉one ....[f] et s⌈anitati ....[g] redit⌉ur.
⌈12.⌉ De ⌈restitutione⌉ lingu⌈ae⌉[h] cuiusdam.
⌈13.⌉ D⌈e faris munere a Deo mult⌉iplicato.
35 ⌈14. D⌉e ......e[i] S⌈egoni⌉, ...[k] clam ⌈ec⌉lesia⌈m introivi⌉t, r ....[l].

Prol. Index. *A* 1. *C.*

Prol. a) *ita C (Mett.);* et *A* 1; quin *Boll.*

Index. a) *ita recte C (cf. p.* 228, 19. 280, 14*);* conversione *A* 1. b) et con-
40 structione monasterii *C.* c) serpentem *A* 1. d) regressione *C.* e) litterarum *add. C.* f) *suppleas* obsidetur. g) *suppleas* per virum Dei. h) & *add., sed exp.(?) A* 1. i) *erat fortasse* visitatione. k) *suppleas* et qualiter. l) *suppleas* revelatione.

⌈E⌉XP⌈LIC⌉IUNT CAPITULA.

VITA SANCTI IOHANNIS MONACHI ET ABBATIS[a].

1.[b] Igitur[c] venerandi viri cultuque religionis imitandi beati Iohannis monachi atque[d] abbatis vitam memorie commendando[e] stilo patefacere nitimur, quae[f] et quanta sui laboris studuit subire certamina, et nostris egregia[g] exempla monstrando[h] memoriam dimiserit seculis, ut non solum ille sui[i] laboris fructus[k] reciperet, verum etiam quosque[l] ad imitacionem sui certaminis inpostmodum *traheret, doceat[m] post gloriosos triumphos[n] et peccatorum medicinam et eterne[o] vite premia[p] capere subplimenta[q]. Ab ipso[r] ergo primordio, quibus parentibus vel in quo loco exortus fuerat, sunt prosequenda[s]. Ortus[t] venerandi[u] cultus Iohannes infra terminos Ternoderensis[1] castri, qui locus in[v] suburbano Lingonice urbis situs est, villa que vocatur Quartania-

Index. *A*1. *C.* *Cap.* 1. *A*2. *C.*

Index. a) &gro, *expunct.* t (?) *A*1.

Cap. 1. a) QUOD EST *add.* *A*1; Cap. 32. Incipit vita sancti ac beatissimi Iohannis monachi atque abbatis, cuius transitus observatur V^to^ Kl. Febroarii *praescr.* *A*2. b) *numeri desunt* *A*2; *ad laterculum eos supplevi.* c) Igitur — ferre cepit *(p. 331, 21) om.* *A*1, *folio exciso.* d) *ita C;* abb. atque *A*2. e) *ita A*2 *cum V. Treverii;* commendandam *C.* f) scilicet *add.* *C.* g) per *add.* *A*2; *om. C et V. Trev.* h) *ita C;* monstranda ac memoranda *A*2; monstranda temporibus memoriam *V. Trev.* i) suis *A*2. k) fructum *C cum V. Trev.* l) quousque *A*2. m) *ita V. Trev.;* Docet ergo post *A*2; qui iure eius gl. *C.* n) venerantes et imitantes *add.* *C.* o) vitae aeternae *(pr. om.)* caperent *C.* p) praemii *V. Trev.* q) sublimenta *A*2. r) Ab ipsis e. primordiis *V. Trev.* s) *ita V. Trev.;* persequenda *A*2. t) namque est *add.* *A*2; igitur *add.* *V. Trev.* u) venerandus cultus (? *corr.* cultu) *A*2; venerandi cultusque *V. Trev.* v) *ita V. Trev.;* in suburbio *A*2; sub territorio *B. C.*

1) *Hodie Tonnerre.*

cum[a] super fluvium Bridenam[1]. Parentibus non ignobilibus[b] procreatus, patre Hilario[c], matre Quieta nomine, quorum animos cultus religionis cathenatos atque sub omni devocione christiani timoris innexos[d] tenebat; 5 quique[e] etiam inter ipsa primordie[f] rudimenta tam in puericia quam in adolescentia sub christiani vigoris cultu atque religionis a parentibus alitus est atque nutritus.

2. Cumque circiter XX esset annorum, cepit animo 10 alciora atque solito artiora querere, ut, relicto natali solo, quo potissimum animi ostenderet affectum, et vitam ageret gloriosam[a] et cultu religionis sub omni intentione mentem erudiret. Dedit tamen operam, ut eo in loco, ubi[b] ortus fuerat, perparvum oratorium fun- 15 daret, ut, dum anxia cordis vota, Christo annuente, pensando patraret, orationis solamina atque religionis, quomodo posset, occultum impleret. Sed, dum mens devota Deo nec a[c] parentibus nec a familia quereret famulatum[d] vel plebis non ferret pressuram, elegit, ut eremi, quo 20 se locus dabat, secreta expeteret. Agebat enim hoc eo tempore, quo Gallias sub imperii iure Iohannes consul regebat. Itaque[e] cum quadam die ad basilicam missarum solempnia auditurus pergeret, — erat enim beati Iohannis baptiste veneranda[f] sollempnitas, — audita 25 euvangelica lectione et deducta serie, finem eius desiderii igne penetrans, quo ait: *Puer autem crescebat et confortabatur in spiritu et erat in deserto usque ad diem ostensionis sue ad Israel,* ac deinceps cum alia vice audisset, quod beatus Iohannes euvangelista reliquisset patrem 30 Zebedeum cum navi et absque ulla ambiguitate Christum secutus fuisset, intrepidus mentisque ardore et celesti desiderio accensus, relinquens patrem et matrem solumque natale, saltum, qui inter duos fluvios, id est inter Hormentionem[2] et Sidenam situs est, qui a Sinemuro[3]

Luc. 1, 80.

cf. Marc. 1, 20.

35 *Cap.* 1. *A* 2. *C.* *Cap.* 2. *A* 2.

Cap. 1. a) Quartamiacum *A* 2. b) ignobili *A* 2. c) Ylario *A* 2. d) *ita B. C;* innexas *A* 2. e) quicque *A* 2. f) *ita A* 2 *(cf. p.* 230, 12*).*

Cap. 2. a) gloriam *A* 2. b) l. mortus *A* 2. c) apparentibus *A* 2. d) famulatum famulatum, *expuncto altero* fam., *A* 2. e) Itque *A* 2. f) venerande *A* 2, 40 *corr.*

1) *Sine dubio Brenne, affluens Armançon fl.* 2) *Armançon et Serain fl., quorum hoc loco prima mentio fit, Ormentio saec. X. et Sedena a.* 867. *vocati sunt; cf. Quantin, 'Dictionn. du dép. de l'Yonne' p.* 4. 123. 3) *Hodie Semur-en-Auxois (dép. Côte-d'Or).*

castro septem milibus abest, introiit. Repertoque loco, in quo tyro Christi habitaret, et celestis milicie fulgentem ensem baiulans, quo ostem adversarium bellando repelleret, ovans resedit[a] ibi. Ubi etiam erat puteus, in quo serpens inter deserta positus habitabat. Quo comperto, cum sodalibus ad[b] puteum venit, Deoque oratione peracta, puteum[c] quo poterat modo de industria inquietavit ac deinceps serpentem nocivum mortuum repperit. Abiectoque eo procul a loco, ibique quantisper[d] moratus, cenobii[1] locum construxit et sanctorum patrum exemplo sub regule tenore, quam custodiendo proficerent, *subiectam plebem constituit et, ut precedencium monachorum studia imitando prosequerentur et celestis antidoti pocula prebendo, quo peccatorum sanies pelleretur, omni nisu adortatus est.

*p. 508.

3. Et cum iam passim viri Dei fama cresceret[2], cepit undique plebs concurrere atque eum suis famulatibus honorare. Crescente ergo ibi monachorum caterva, cepit anxio cordis stimulo pensare, quid melius foret quidque salubrius mercedis cumulo obveniret, si plebi dominando preesset aut subiectus aliis obediendo sub obtentu[a] religionis proficeret. Fuit tandem consilii[b], melius esse sub vinculo mortificationis se[c] subdere, quam aliis imperando dominari[d]. Et cum presertim ipse, infra monasteriorum septa positus, regularis materie[e] normam atque precedencium patrum disciplinam sub obediencie rigore nequaquam didicerit, sed tantummodo quod lectio vel fama religionis vel cordi inseruerit vel auri advexerit[f], postposita percunctatione[g] atque omni ambiguitate, cepit querere arma, quibus possit subiecta membra tueri: clipeum, quo diabolicam artem vitaret, galea, qua fidei caput inlesum servaret, mucronem[h], quo mundiales errores coerceret, impinget[i].

cf. Eph. 6,16.17.

4. Tandem religiosorum mores perquirens, ad Lirinense monasterium pervenit, ubi tunc venerabilis Ho-

Capp. 2—4. *A* 2.

Cap. 2. a) recedit *A* 2. b) apud teum *A* 2. c) put teum *A* 2. d) *ita scripsi;* aliquantisper commoratus *A* 2.

Cap. 3. a) *ita B. C;* cultu *A* 2: sub obtentu relegionis *etiam infra c.* 12. b) *ita B. C;* consilium ut melius esset se sub *A* 2. c) *ita B. C;* m. subcedere *A* 2. d) dñi'ari *A* 2. e) macherie *A* 2. f) avexerit *A* 2. g) percuctatione *A* 2. h) nuchronem *A* 2. i) *ita A* 2.

1) *Moutier-Saint-Jean circa* 7 *milia a Semur castro abest.* 2) *V. Columbani I,* 18: Creverat iam passim fama sancti viri.

norati[1] religionis forma plures instruebat et regularis discipline normam tenere eos commonebat[a]. Cum ergo duorum tantummodo sodalium comitatione ibi pervenisset, submotus[b] omnis honoris et cultui humilitatis atque obe-
5 diencie subiectus, ultimum se omnibus obediencie iugum ferendo adaptavit[c]. Et cum iam per circulum anni[d] sexque menses sub omni humilitatis cultu ultimus obediencie rigorem ferret, venit quidam ad prefactum[e] Lirinense cenobium. Cumque singulos monachorum in
10 operis necessarii usus cerneret laborare, vidit[f] inter ceteros venerabilem virum Iohannem. Quem diu contemplatus ac de industria nomen eius inquirens, cognoscit, quis esset, omnibusque patefaciens, ad eius vestigia prostratus, inquid: 'Nonne hic est venerabilis Iohannes
15 monachus, qui praelationem[g] honorum fugiens, ad hec[h] loca pervenit?' Cumque qui aderant inquirerent, quid dicere vellet, ille omnia ex ordine[i] depromit, quali[k] se rei veritas habeat. Sicque agnitus, tam a senioribus quam a fratrum cetu debite venerationi est habitus.
20 Quo comperto, Lingonice[l] urbis Gregorius[2] pontifex egre[m] ferre cepit, ut[n] subiecta sibi[o] plebi solamina[p] perderit[q], direxitque absque dilatione[r] ex[s] eius coenubii septa virus cum epistularum[t] subplimentum: unam ad eum qui praeerat adque[u] subiecta sibi plebe[v], eius re-
25 dito contrarii ne[w] essent, nam[x] damno[y] *communi particips forent; aliam propriae[z] ad virum venerabilem Iohannem, reditum postulans: quod si, opposita dilatione, facere neclexit[a], iudicium omnipotentis Dei de damno omisse[b] hac derelicte[c] plebes recipere metuerit. Quam
30 causam utrique, tam qui praeerat ob boni sodalis[d] amisione, quam etiam venerandus Iohannis ob iudicii in-

*p. 509.

Cap. 4. A 1 (a l. 21). 2.

Cap. 4 a) commanebat *A* 2. b) *ita scripsi;* submotu *A* 2. c) adoptavit *A* 2. d) ānni *A* 2. e) *ita pr. m. A* 2. f) venit *A* 2. g) *ita B. C;* sublimi-
35 tatem *A* 2. h) hoc *A* 2. i) exordinet *A* 2. k) *ita A* 2 *(cf. p.* 180, 12*)*. l) Linguonice *A* 2. m) *ita scripsi;* hec referre *A* 2. n) *in* ut *redit A* 1; quod *A* 2. o) subiecta (sibi *om.*) plebi *A* 1; subiecte sibi urbis plebs *A* 2. p) magna *add. A* 2. q) perdiderat *A* 2. r) *ita A* 2; dilatacione *A* 1. s) *ita A* 1; ad *A* 2. t) epistolaribus exortationibus u. *A* 2. u) pr. nocebio *(sic pro* cenobio*)* quod subiecte s. plebi *A* 2.
40 v) in *add. A* 2. w) *ita scripsi;* inessent *A* 1; essent *A* 2. x) ne *A* 1; nam et *A* 2. y) domno c. *A* 1; dampni communis *A* 2. z) propriam *A* 2. a) negligerit *A* 2. b) admisso *A* 2. c) derelicta plebes *A* 1; derelicta plebe *A* 2. d) sodolis *A* 1.

1) *Honorati Lerinensis a.* 426. *episcopi Arelatensis facti paucisque annis post defuncti praecepta, adveniente Iohanne, in insula etiamtunc*
45 *vigebant, ut loçum recte interpretatus est Ludovicus Duchesne, 'Bulletin critique'* 1893, *p.* 456. 2) *Sedit a.* 506/7—539.

lati penam[a], anxio cordis stimulo[b] trucinare ceperunt; sed omnium consultu[c] victus, ad patriam redire iubetur et[d], neclectam[e] plebis curam[f], denuo[g] caelestia[h] preconia administrare, ne iudicium damnationis de omisione tantarum animarum adquireret[i], qui propriam perpotire[k] cupiebat salutem. 5

5.[a] Regressus ergo ad praefatum locum, studuit denuo salubria pocula[b] sub[c] regulare tenore, quam[d] beatus Macharius[e, 1] indedit[f], monachis ministrare adque aeducatam in melius plebem ad caelestia gaudia provocare, adnitente[g] sibi monacho Filomere nomine, omni sanctitate et relegione deditum[h], cuius fultus[i] auxilio, caelestem[k] praeconium tam monachis quam populo annuens[l] absque delatione conferebat. 10

6.[a] Tum mater experiens desiderabilem adventum venerabilis filii, ad eum venire properat[b], ut tam diu aspectum eius a se segregatum tandem ovans cerneret suisque votis aditum aperiret. Arepto itaque[c] itinere, ad eum eo in loco quo vir Dei positus erat advenit hac ministrorum deposcit[d] affectum, ut agerent, qualiter desideratam diu prolem suis obtutibus[e] contemplare[f] meruisset. Hoc[g] ille auditu abnuit, matrisque affectum ut faverit[h], recusavit, reminiscens illud: *Qui non reliquerit*[i] *patrem aut matrem*[k], *non est me dignus.* Sed tamen, ne fidem matris, quam[l] in Christi amorem[m] et timorem inditam noverat, temere[n] contemnendo violaret, transsiens[o] ante[p] aeam, parumper obtutibus eius apparuit, ut et desiderium matris saciaret et vigorem relegionis ob 15 20 25

cf. Matth. 10, 37.

Cap. 4. *A* 1. 2. *Capp.* 5. 6. *A* 1. 2. *C.*

Cap. 4. a) *ita A* 2; *om. A* 1. b) stimu *A* 1. c) consulti *A* 1. d) ut — amministraret *A* 2. e) necglecte *A* 2. f) *periit A* 1; recipiens *add. A* 2. g) de uno *A* 2. h) caelestiam pr. *A* 1; celestis patrie prec. *A* 2. i) adqui *periit A* 1. k) *ita A* 1; percipere *A* 2. 30

Cap. 5. a) R. V. *A* 1; *haec om. A* 2. b) *ita A* 1. 2; dogmata *B. C.* c) *ita A* 1. *B. C;* iuxta regulam q. *A* 2. d) *ita A* 2. *B. C;* Qm̄ *A* 1. e) Marcharius *A* 1. f) *ita B. C;* (in *periit*)dedit *A* 1; illis dedit *A* 2. g) *ita A* 1. *B. C;* Annuente *A* 2. h) *ita A* 1; dedito *B. C;* perdito *A* 2. i) vix *add., sed eras. A* 1. k) celeste *A* 2. l) *ita A* 1. *B. C; om. A* 2. 35

Cap. 6. a) *om. A* 1. 2. b) perperet *A* 1. c) *ita A* 2. *C; om. A* 1. d) depossit *A* 1. e) obtucibus *A* 1. f) contemplari *A* 2. g) *ita A* 1. *C;* Quod i. auditus *A* 2. h) *ita A* 1; affectui favere rec. *C*; aff. ut agerent qualiter desideratam sibi fari recusavit *A* 2. i) relinquerit *A* 2. k) propter me *add. A* 2 *(om. A* 1. *C).* l) *ita A* 2. *C;* cum *A* 1. m) honore et timore sibi i. *A* 2; amore et timore fixam *C.* n) timore, *tum* sibi inditam *iterantur, sed del. A* 2. o) *ita A* 1. *C;* Transeuntem *A* 2. p) *ita A* 1. *C;* antē ipsa p. *A* 2. 40 45

1) *Regulam ei attributam Roverius, Reomaus p.* 24 *sqq. et Holstenius, Codex regularum, Paris.* 1663, *p.* 25 *sqq., ediderunt.*

matris blandimenta non molliret. Poposcit[a] per ministros, sese[b] incolumen habendo ad caelestia desideria[c] cor locaret hac deinceps numquam se[d] visurum[1] in praesentem[e] vitam sciret.

5 7.[a] Eodem namque[b] tempore fratrum coniventia[c] ad rura purganda[d], sentium frutecumque[e] densitate[f] amputanda processerat, quo[g] ager cultui redditus *uberius[h] deferret fructus. Quo[i] cum operis labore[k] incumberent, mox a seniore[l] vocati, relictis oboediendo in opere se-
10 curibus, ad coenobium remeant[m]; peracta[n] oboediencia[o], modo ad agrum cura[p] laborandi redire procurant. Ablatis[q] furto securibus reperiunt adque[r] neglegentiae damnum patri nuntianda[s] properant[t]. Cumque ille eorum neglegentiam[u] aegre ferens, fratribus imperaret[v], ut
15 oratione lectioneque incumberent, ipse oratione innexus, Dominum pulsando deposcit, qur hunc[w] famulis suis patiatur damnum inferri. Moxque, peracta oratione, ad agrum properat et propere qui[x] furti scelus patraverat venire[y] conspicit: festinoque conamine[z] ad vestigia beati
20 viri curruit[a], patrati sceleris reatum denuntiat[b] reformandaque praede[c] absque dilatione horam[d] pollicetur. Tum[e] ille et[f] veniam postulanti et eologias[g] non abnuit tribuere confitenti.

*p. 510.

8.[a] Cumque[b] solito per saltum[c] more adletarum
25 antiquorum oratione et ieiuniis evacaret[d], repperit quondam[e] pauperem seminudum[f] necessaria alimenta querere[g] fructusque[h] quos saltus gignere solet[i] omni studio[k] investigare, ut carnis famem quo[l] potuisset[m] cybum superare.

Cap. 6. *A* 1. 2. *C.* *Cap.* 7. *A* 1. 2. *Cap.* 8. *A* 1. 2. *C.*

30 *Cap.* 6. a) Asserit tamen illi per *A* 2; Hortatur namque eam per *C.* b) se esse i. et habere *A* 2. c) desiderium (cor l. *om.*) *A* 2. d) *ita recte A* 1; se (eum *A* 2) visuram *A* 2. *C.* e) presenti vita se sciret *A* 2.
Cap. 7. a) *om. A* 2. b) in *add. A* 2. c) *ita A* 1; conveniencia fuit ad *A* 2. d) et *add. A* 2. e) frutumcumque *A* 2. f) densitatem ad imputandam
35 *A* 2. g) *ita A* 2; qu . . g . . . . redd. *A* 1. h) *ita A* 2; uber . s d . ferr . . . . us *A* 1. i) Cumque operis *A* 2. k) labori *A* 2. l) seni . . revocati *A* 1. m) remaneant *A* 2. n) vero *add. A* 2. o) oboedien : : ciae, *ras.* di? *A* 1; obedientia predicto modo *A* 2. p) corroborandum redire *A* 2. q) Ablatas f. secures *A* 2. r) hacque *A* 1. s) nunciare *A* 2. t) pperant *A* 1. u) negligencie hec referens *A* 2.
40 v) imperarent *A* 2. w) ac *A* 2. x) fuisti *add., sed delet. A* 2. y) consp. v. *A* 2. z) conamina *A* 2. a) *ita A* 1. 2. b) denunciant *A* 2. c) predam *A* 2. d) hora *A* 2. e) Tum — confitenti *pr. m. in inf. marg. suppl. A* 2. f) *om. A* 2. g) ologias *A* 1.
Cap. 8. a) *om. A* 2. b) *ita A* 1. *C;* Cum autem per saltum m. solito *A* 2.
45 c) sactum *A* 1. d) *ita A* 1; vacaret *A* 2; exerceretur *C.* e) quedam *A* 2. f) *ita C;* semi(nudum *periit*) *A* 1; seminandos ad necessaria *A* 2. g) *om. C.* h) fructus quo *A* 2. i) et *add. A* 2. k) *ita A* 1. *C;* vestigare studio ut *A* 2. l) *ita A* 1; *om. A* 2. m) postui sed cybo *A* 2.

1) *Eadem fere verba in V. Columbani I,* 3 *(supra p.* 157, 16*), leguntur.*

Ille inquirens, quid quereret, inlate[a] miseriae oris confessione deprompsit[b]. At ille: 'Utinam te', inquit, 'sola carnis famis urguerit[c], et non famis[c] vel sitis[d] anime, que omne sine dape[e] manet, cruciaret; aut certe, si ea te pauperies, de[f] qua Dominus praecinens dixit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum,* et: *Beati, qui[g] aesuriunt et siciunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur,* possiderit, nulla dapum[h] cupia indigeris. Sed dabo quocumque potero[i] modo consilium, ut spem ne[k] praecedas[l], — multi enim ex inspiratu[m] temporis[n] usu evaserunt[o] —: *Pone in Domino[p] spem tuam, et ipse te enutriet,* areptoque[q] laboris studio iuxta apostolum[r], quod bonum est, ut habias, unde[s] et tuo usu[t] et aegentum[u] prebeas necessaria'. Factoque in[v] pectore eius crucis[w] signum, ire ad propriam[x] imperat. Ille imperio viri Dei obtemperans[y], tantam copiam[z] laboris suscepit, ut nequaquam deinceps que[a] necessaria erant[b] defuissent.

Matth. 5, 3. — ib. v. 6. — Ps. 54, 23. — cf. Eph. 4, 28.

9.[a] Quidam etenim[b] vir Agrestius nomine[1] ad praefatum coenobium ad[c] missarum solemnia audienda[d] desiderio[e] actus venerat, et pavimento prostratus, *uberis fundens praeces, communem[f] Dominum oratione pulsabat[g]. Tandem a pavimento elevatus, ad[h] ore beati[i] viri missarum solemnia audire cupiens expectabat. Cumque iam hora adesset[k], vir Dei imperat, ut foris eclesia[l] egressi omnes, locum quieti tribuant, qualiter solita[m] solemnia, ut eius mos erat[n, 2], suis consodalibus perageret atque hostias Deo absque populari tumultu offeret[o]. At ille, mutu[p] animo, foris[q] progreditur nec subsistere ante fores neque oblationum[r] sacramenta patetur expectare[s].

*p. 511.

Cap. 8. *A* 1. 2. *C*. *Cap.* 9. *A* 1. 2.

Cap. 8. a) illatam (illatē *A* 2) miseriam *A* 2. *C*. b) *ita A* 2. *C*; deprom.. *A* 1. c) urg. — famis *om. A* 2. d) non *add. A* 2. e) *ita A* 2. *C;* sineda p manet *A* 1. f) *periit A* 1. g) q.e *A* 1. h) dapnum *A* 2. i) *ita A* 2. *C;* postero *A* 1. k) non *A* 2. *C*. l) precedat *A* 2; perdas *C*. m) insperato *A* 2. *C*. n) *ita A* 1. *C;* tempus usum *A* 2. o) *ita A* 1. *C;* habuerunt *A* 2. p) Deo *add. A* 1; *om. A* 2. *C*. q) arepto itaque *A* 2. r) age *add. A* 2; *om. A* 1. *C*. s) uti *pr. m. corr.* unde *A* 1. t) *ita A* 2; usui *A* 1. u) *ita A* 1. *C;* regencium *A* 2. v) (in *om.*) peccatore *A* 1. w) signo crucis *A* 2. x) propria *A* 2. y) *ita A* 1. *C;* obtemperando *A* 2. z) *ita C;* t. piam *A* 1; (t. *om.*) copiam *A* 2. a) qui *A* 1. b) *ita A* 2. *C;* aderant *A* 1.

Cap. 9. a) *om. A* 2. b) etiam *A* 2. c) *om A* 2. d) audiendi *A* 2. e) erio *periit A* 1. f) communi *A* 2. g) *ita A* 2; pulsa *A* 1. h) ad o. *om. A* 2. i) ti viri *perierunt A* 1; beatus viri *A* 2. k) ora eadem esset *A* 2. l) ecclesie *A* 2. m) q. more solito missarum sollempnia *A* 2. n) cum *add. A* 2. o) *ita A* 1. p) *ita A* 2; m..tu *A* 1. q) foras *A* 2. r) ablationum *A* 1; oblationis *A* 2. s) expectares sed tumida *A* 2.

1) Magnimontensium partium civis *add. B. C.* 2) *Cf. V. Columbani I,* 19 *(supra p.* 190, 11*).*

Tumido cordis intimo[a] domum repedat[b], ibique intempesta[c] nocte stratui[d] obvolutus, vidit venerabilem virum[e] dextera gemmam[f] eucharistiae ferentem[g] ante stratum adstare eique increpando[h] dicere[i]: 'Cerne', inquid, 'Agre-
5 stiae[k], quia, si[l] die exsterna[m] blasphemare distulisses, quamquam corporis ore eocharistie[n] sacramento[o] non accepisses, tibi spiritaliter largiretur; nunc vero, quia[p] blasphemare praesumpsisti[q], spiritaliter tibi denegatur'. Ille[r] a somno consurgens, noxae[s] suae maculas abluere
10 parat, hac rediens ad virum Dei, veniam postulando ablui culpas inplorat[1].

10.[a] Subsequente vero tempore quidam[b] famulus cuiusdam viri, cuius[c] vocabulum erat Clarus, ad beatum virum ob noxam sceleris confugit. Cumque ille studiose
15 reati culpam requireret, repperit noxam rei commisse, et ne[d] veniam petenti misericordiam denegaret[e], iubet cuidam, ut apicum seriem[f] susciperet, et pro reatum[g] miseri homines ad Clarum pergens, et vitam et veniam impetraret. Cumque[h] ergo Clarus oblatam a gerolo
20 epistolam suscepisset, causam rei exquiret, et[i] quid se textus epistole vel gerolus[k] vellit[l]. Ille[m] rei causam depromit[n]. Cumque Clarus[o] nomen audisset, in furore[p] versus, beati viri epistolam salibo[q] inlitam abiecit, et ferocia redens responsa, gerolum exprevit. Nec[r] dilata
25 divina[s] ultio! Orem[t] Clari faucisque ita[u] vehemens[v] perculit, ut per multa spacia[2] temporum nec panis alimenta nec[w] sacri corporis sacramenta capere possit.

11.[a] Ac[b] deinceps famulus cuiusdam, cui nomen erat Nicasius[c], qui eo tempore curam rei publicae[3] ad-

30 *Capp.* 9—11. *A* 1. 2.

Cap. 9. a) intentione *A* 2. b) inpedat *pr. m. corr.* repedat *A* 1; repetit *A* 2. c) *ita A* 2; intempest . . . n . . . . *A* 1. d) n. in strata *A* 2. e) in *add. A* 2; *om. A* 1. *B. C.* f) gemma *A* 2. g) et *add. A* 2. h) ando *periit A* 1. i) re *periit A* 1. k) Agresti *A* 2. *B. C.* l) *ita B. C*; quasi *A* 1; qui si *A* 2. m) Domini *add. A* 2;
35 *om. A* 1. *B. C.* n) eocharastiie *A* 1. o) *ita A* 2; o *periit A* 1. p) *ita A* 1. *B. C*; qui *A* 2. q) praesumisti *A* 1. r) vero *add. A* 2. s) noxi *A* 2.

Cap. 10. a) *om. A* 2. b) in *A* 2. c) cui *A* 2. d) *ita A* 2; *om. A* 1. e) *post* deneg. *fortasse* & *eras. A* 1. f) *ita A* 2; miseriaem *A* 1. g) reatu *A* 2. h) que *om. A* 2. i) *ita A* 2; *om. A* 1. k) gerusol *A* 1. l) velit *A* 2. m) vero
40 *add. A* 2. n) deprimit *A* 2. o) *om. A* 2. p) furorem *A* 2. q) salva *A* 2. r) sprevit sed non d. *A* 2. s) *ita C*; divina uultio *A* 2; di ultio *A* 1. t) ōr *A* 1; os *A* 2. u) *om. A* 2. v) vehementer *A* 2. w) *ita A* 2; nec ipsius quidem eucharistiae usquam potuit sanctificatio intromitti *C*; nec s. c. s. *om. A* 1.

Cap. 11. a) *om. A* 2. b) Item famulus *A* 2. c) Henchusius *A* 2.

45 1) Ne quis hoc fabulosum putet esse, quod dicimus, referente viro venerabili Agripino diacono, ipsius Agrestii filio, cognovimus *add. B. C.* 2) Annis integris novem *C.* 3) Cui etiam Avalensis oppidi regende rei publice fuerat cura commissa *B. C.* *Cf. V. Germani auct. Fortunato c.* 30. 31.

ministrabat[a], demones arte obsessus, diversis[b] cruciatibus vexatus[c], ut vix angi catenis crederetur, ad venerabilem virum Iohannem[d] *adductus hac obtutibus[e] eius oblatus[f] est. Quem cum intuens vidisset, misertus[g] cruciatui, sese in[h] orationem dedit; pulsaque daemonis peste[i], homo reditur sanitatae. Qui post incolomis multo tempore famulatui eius iunctus mansit.

*p. 512.

12.[a] Post haec cuiusdam filius astu demonis captus, usu[b] lingue[c] sublatu, quemque[d] longeva labiorum vexaverant[e] silentia, ad virum Dei deductus eique oblatus[f] est. Quem intuens mestus, pro humani generis dispendio et iniqui hostis permisso oratione adque deprecatione intentionem dedit. Nec dilata diu divine pietatis bonitas: et sui famuli libens praeces suscepit et usum lingue damnato restituit, qui post fratrum coetu[g] insertus, sub obtentu relegionis eodem in loco usque ad[h] finem permansit.

13.[a] Quodam in tempore loca circummanentia valida famis torrebat ita vehemens, ut nec[b] spes vivendi plerumque[c] foret. Cumque[d] ergo ad virum Dei ob alimonia[e] querenda properarent, ille[f] aeuangelicae[g] praeconii dictum ante oculos ferens, quo ait: *Frange esurienti panem tuum*[h], et: *Omni petenti te*[i] *tribue*, quosque[k] advenire cerneret, necessaria[l] ministrabat. Cumque iam undique egentum[m] plebs crebrius adveniret[n], ille adsuetum opus inpendens, omnibus fenerabat. Tum unus e subditis[o] ad patrem accedens, ait, se[p] tanti[q] farris cupiem[r] non habere, quantum[s] egentum[m] poscebant quohortes. Ille gemens poposcit sibi vas quem[t] voluissent plenum segregari, unde egentum[u] alimenta preberentur. Moxque ille obplebere[v] vas, capientem[w] plus fere[x] modia[y] quinquies quina[z]; cetera que[a] habuissent

Is. 58, 7. Luc. 6, 30.

Capp. 11. 12. *A* 1. 2. *Cap.* 13. *A* 1. 2. *C.*

Cap. 11. a) ministrabat *A* 2. b) que *add.* *A* 2. c) vellatus *A* 1. d) Ihōm *A* 1. e) ob ducibus *A* 1. f) ablatus *A* 1. g) m. eius cruciatus *A* 2. h) (in *om.*) orationi *A* 2. i) potestate *A* 2.

Cap. 12. a) *om.* *A* 2. b) que *add.* *A* 2. c) ligne *A* 1. d) queque *A* 1. e) *ita* *A* 2; vixerant *A* 1. f) *om.* *A* 1. g) coetui *A* 2. h) in *A* 2.

Cap. 13. a) *om.* *A* 1. 2. b) etiam *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C.* c) plerisque *A* 2. *C.* d) que *om.* *A* 2. *C.* e) alimoniam querendam *A* 2. f) illi *A* 2. g) euangelii *A* 2. h) *om.* *A* 2. i) *ita* *A* 2. *C;* p. retribue *A* 1. k) quousque *A* 2; quoscumque *C.* l) eis *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C.* m) egencium *A* 2. n) *ita* *A* 1. *C;* advenisset *A* 2. o) subditus *A* 1. p) si *A* 2. q) tantis f. *A* 1; tantam f. (ferris *A* 2) *A* 2. *C.* r) *ita* *A* 1 (copiem *cod.* *A* 1*a* *V. Columb.* *I*, 6); copiam *A* 2. s) quantam *A* 2. *C.* t) quod *A* 2. u) egenis *A* 2. v) implenere *A* 2. w) capiens *A* 2. x) *ita* *C;* plusve *A* 1; plus quam *A* 2. y) modios *A* 2. *C.* z) quinos *C;* ut nos *pro* q. *A* 2. a) c&&era que *A* 1; ceterent que *A* 2.

usui fratrum proficerent. Cumque[a] ergo turba aegentum[b] pro aliquod[c] temporis spatium ex eo vase alerentur, evenit, ut quidam iuxta morem sibi dare necessaria poscerit. Ille mensuram consuetam dare[d] iubet egenti. 5 Tum[e] minister: 'Nequaquam', inquid, 'vel[f] perparvum in vase remansit, sed[g] totum[h] imperiis tuis[i] pauperibus est[k] erogatum'. Quo audito, oculos ad caelum adtollit[l], genuque[m] flexo, largitorem[n] omnium Dominum[o] inplorat. Peractaque oratione, ministro[p] iubet: 'Vade', inquid, 10 'cum fidei adminiculo deffer[q] alimenta aegentum[r]'. Pergens[s] minister, repperit vas plenum, sumptaque mensura, pauperibus tribuit. Deinde patri nuntianda credit, sed ille silendum esse imperat, ne elationis macula cumulum gratiae tollat.

15 14.[a] Quadam etenim nocte[b, 1] inter densa[c] tenebrarum adveniens vir[d] *venerabilis Segonus[e, 2] ad[f] cellula sua, basilicam[g] latenter introivit[h], communem[i] Dominum orationibus pulsabat[k]. Quod divinitus viro Dei revelatum est, ascitoque[l] ministro imperat[m], ut concito gradu pergat, 20 tactoque[n] signo, sodales excitet, quia frater [communis[o]] Segonus abdite[p] fores ecclesie penetrando[q] Dominum orationibus pulsat. Quod ita repertum est, atque de industria venerando[r] fratri ospitalitatis munus est impletum.

*p. 513.

25 15.[a] Cumque[b] iam Gallias Francorum regis sue dictione[c], sublato imperii iure, gubernacula[d] ponerent

Cap. 13. *A* 1. 2. *C*. *Capp.* 14. 15. *A* 1. 2.

Cap. 13. a) que *om.* *A* 2. *C*. b) egencium *A* 2. c) *ita* *A* 2. *C;* alico temporibus *A* 1. d) dari *A* 2. e) Tunc *A* 2. f) *ita* *A* 1. *C;* quia *A* 2. g) *ita* *A* 1. *C;* 30 et *A* 2. h) *ita* *A* 2. *C;* ut aut *pro* t. *A* 1. i) *ita* *A* 2. *C;* *om.* *A* 1. k) *om.* *A* 1. l) *ita* *A* 1. *C;* attulit *A* 2. m) *ita* *C;* genuque flexa (*e corr.* flega) *A* 2; semu . que (*om.* fl., *spatio relicto*) *A* 1. n) *ita* *A* 1. *C*; genitorem *A* 2. o) Deum *C;* *om.* *A* 2. p) ita *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C*. q) *ita* *A* 2; def per *A* 1. r) *ita* *A* 1; egeno *A* 2. *C*. s) vero *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C*.

35 *Cap.* 14. a) *om.* *A* 1. 2. b) noctem *A* 2. c) densas tenebras *A* 2. d) *periit* *A* 1. e) *ita* *A* 2; Seg . . . s *A* 1; Sequanus *C*. f) a *A* 2. g) basilica *A* 2. h) oivit *periit* *A* 1; introivit *corr.* introiit *A* 2. i) *ita* *C;* C[om]u[ne]m *A* 1, *ubi inde textus periit, frustulis tantum litterarum relictis;* et piis *pro* comm. *A* 2. k) pulsans *C*. l) citoque *C*. m) *ita* *C;* impatus ei ut *A* 2. n) . . . . us s[i]g[no] *A* 1. o) *ita* *C;* 40 *om.* *A* 2. p) abscondite *C*. q) penetrans *C*. r) venerande ne frater *A* 2; venerando famulo Dei *C*.

Cap. 15. a) *om.* *A* 2. b) *ita* *A* 2 *cum V. Trev.;* p . . a quam *A* 1. c) *ita* *A* 1; dicioni *A* 2. d) gubernaculas *A* 2; |cula *A* 1.

1) A partibus Magnimontensium *add. C*. 2) *Sequanus Lingonici* 45 *abbas territorii, Segestri scilicet monasterii conditor, cuius virtutes Greg., Gl. Conf. c.* 86. *enarravit, diem XIV. (ita Eptern.) vel XIII. Kal. Oct. (ita Wissenb., Bern.) occupat in Mart. Hieronym., citatus his verbis:* Siggoni *(ita Bern.,* Singoni *Ept.,* Sigonis *Wiss.)* presbyteri. *Biographus eius recens fidem non meretur (Mabillon, Saec. I, p.* 263 *sqq.).*

et, postposita rei publice dominatione, propria fruerentur[a] potestate, evenit, ut Theudebertus[b], filius Teuderici[c], 539. Clodovei condam filii, bellum Italie inferret[d. 1], transactis Alpibus[2], Italiam inquietaret; celerque[e. 2] reversus, demissis[f] ducibus, quibus[g] summam bellorum commiserat[h], Mumoleno[3] et Bucceleno, ipse ad propriam repedavit. Eo itaque in tempore quidam vir[4] cum quartano inquomodo eger teneretur et pene ultimum anelitum dimissurus expectaretur, germanus eius ad[i] virum Dei properat, festinans advenit donumque eulogiarum cum premessa[k] ad Dominum oratione ad[l] egri[m] solamina humili[n] prece deposcit. Tum ille et orationem atque eulogiarum solamina[o] dare non distulit, sed[p] enim cuivis cum fidei ardore petenti[q] suffragium porrexit: inlatum[r] unum paximacio[s] cum quinque pomorum numero egri deferri iussit. Receptum[t] munus, celer[u] ad germanum venit; eum[v] procul positum, adveniente[w] munus eger[x] sensit, hac germanum requirens, dari[y] sibi eologiarum munus deposcit. Cumque ille introiens, deportasset, factis tribus particulas[z] vinoque infusis[a], egro esurienti[b] *p. 514. *administravit[c]. Cumque ovans cum fidei ardore[d] eologiarum munus sumpsisset, statim pulsa tabe, sospitatem[e] recepit.

16.[a] Quantaque sublimia miraculorum[b] Domini in sanctis[c] suis redoleant exempla, sinibus eclesie[d] in orbem

Cap. 15. *A* 1. 2. *Cap.* 16. *A* 1. 2. *C.*

Cap. 15. a) *ita A 2 cum V. Trev.;* dominabantur *C.* b) *ita V. Trev.;* Theod. *A* 2. c) Teude| *A* 1; Theoderici *A* 2. d) ac ipse *add. A* 2; *om. V. Trev.* e) *ita V. Trev.;* i. cumque celeriter inde reversus *A* 2. f) demi *restat A* 1; dimissis d. *V. Trev.;* dimisso duce *C;* (dem. *om.*) ducibus *A* 2. g) *ita V. Trev.;* cui summam *C;* (q. *om.*) curam b. *A* 2. h) *ita C cum V. Trev.;* comississet *A* 2. i) a *A* 2. k) ....essa *A* 1; premissa *A* 2. l) .d *A* 1; ob *A* 2. m) .gri *A* 1; egris *A* 2. n) humili — solamina *om. A* 1 *(habet A 2).* o) solempnia *A* 2. p) sed enim q̄ vis [c]um *A* 1, *inde melius conservatus;* et omni nisi cum *A* 2. q) potenti (?) *A* 1. r) illatoque paxmacio *A* 2. s) p.x...cio *A* 1. t) Receptoque munere *A* 2. u) celer (celeriter *A* 2) ad ger *perierunt A* 1. v) eum (eo *A* 2) procul *perierunt A* 1. w) advenietis *A* 2. x) eger sensit *perierunt A* 1. y) d. s. *perierunt A* 1. z) particulis *A* 2. a) *ita A* 2; fusis *A* 1; vini infusione *C.* b) *ita A* 2; esuram *A* 1. c) ministrabat *A* 2. d) *om. A* 1. e) s..itatem *A* 1.

Cap. 16. a) *om. A* 1. 2. b) .... biliorum *A* 1. c) *ita A* 1. *C;* sancto suo *A* 2. d) eclesea *A* 1.

1) *Procop., Bell. Goth. II,* 25; *Marius a.* 539; *Greg., H. Fr. III,* 32. 2) *Ita etiam Procopius:* Φράγγοι τὰς Ἄλπεις ἀμείψαντες, *et infra:* ἐπ' οἴκου ξὺν τάχει πολλῷ ἀνεχώρησεν. 3) *Mummolus legatus Theudeberti ad Iustinianum missus apud Gregorium, Gl. Mart. c.* 30, *commemoratur, ubi in codice optimo* Mummolenus *pr. m. scriptum erat. Buccellinum cum Amingo duce a Theudeberto in Italia relictum esse Paulus, Hist. Lang. II,* 2, *rettulit, Secundo fortasse usus, dum Gregorius, H. Fr. III,* 32, *illum iterum eo missum esse opinatur.* 4) Germanus meus Fidamiolus *C.*

terrarum diffuse[a] personuit[b] adque, elucubranti[c] luce veritatis, fidelibus[d] notum est. Cum eo in tempore[e] segetis, annuam[f] maturitatem confecte, ad praecidendum in supradictum[g] coenubio fuissent paratae, concio fratrum 5 ad segitem praecidendam catervatim[h] properare studuit[i], opusque per totius diei meta[k] peractum[l] adventus tetrae noctis[m] proibuit. Cumque omnes[n] ad coenobium remeassent, imperio seniorum unus e[o] fratribus Claudius nomine ad frugem custodiendam remansit. Qui[p] cum 10 somno caperet, hac intempesta[q] nocte evigilans, mentis ardorem ad caelum tolleret iuxta illud: *Ego enim*[r] *dormio, et cor meum vigilat,* coepit cogitare, ne, fessus[s] artus, sodalium[t] membra nimio occubuissent sopore, neglectuque orationis usu, in aurore adventum iustum tramitis 15 usum[u] deferrent[v]. Cumque hec[w] anxio cordis animo trucinaret, vidit subito caelos apertos et micantem globum[1] totum[x] lustrare mundum. Moxque, dum mirandi[y] facta mens pavefacta pulsaret[z], alifer gallus solitam[a] vocem adtollens, mundo venturam lucem nun- 20 tiavit, signoque tacto, omnis concio[b] fratrum ad orationem cantosque peragendos ecleseam penetravit. Ovans ille, postquam lux dedeta mundo fuit, patri de industria, quid[c] viderit, nuntiavit. Ille, ne[d] stimulo elacionis corruptus[e] mentem pollueret, increpans ait: 'Nequaquam 25 talia te[f] vel corde tumido[g] vidisse praesumas narrare! Quid enim fas[h] est, ut homo sub[i] fragilitate positus et[k] contagione peccatorum[l] maculatus mereatur caelestia contemplare[m]?'

Cant. 5, 2.

Cap. 16. *A* 1. 2. *C.*

30 *Cap.* 16. a) d . . fus . *A* 1. b) *periit A* 1. c) ti luce *perierunt A* 1; lucubranti l. *A* 2; elucubrata l. *C.* d) *ita C;* . . . . . . b . . *A* 1; f. *om. A* 2. e) *ita C; periit A* 1; t. quo segetis *A* 2. f) annu *periit A* 1; messium maturitate confecta *A* 2. g) supradicto cenobio *A* 2. *C.* h) cathervancium *A* 2. i) *ita A* 2; properare stu . . . . *A* 1; properavit *C.* k) metam *A* 2; metas *C.* l) esse *add. A* 2; *om. A* 1. *C.* 35 m) |ctus *A* 1. n) *ita C;* nobis *A* 2; *periit A* 1. o) ex *A* 2. p) Qui cum som *perierunt A* 1; Qui cum somnum *C;* Quem cum sompnus *A* 2. q) *ita C;* i. n. *perierunt A* 1; ac per intempestam noctem *A* 2. r) *om. A* 2; *habent A* 1. *C.* s) f . ssus (artus *periit*) *A* 1; fessis artibus *A* 2; fessi artus *C.* t) *ita A* 2. *C;* sadolum *A* 1. u) *ita A* 2; . . . sum *A* 1. v) diff. *A* 2. *C.* w) *ita A* 1. *C;* hanc *A* 2. x) totam *A* 1. 40 y) *ita A* 1; mirandi facti *C;* mirando facto *A* 2. z) pulsaretur *A* 2. *C, ubi add.* eventu. a) siletiam *A* 1. b) conscio *A* 2; *periit A* 1. c) *ita C;* . . . . . quid viderit *A* 1; quod viderat *A* 2. d) ine stimulus *A* 2. e) *ita A* 1. *C;* corruptam *A* 2. f) cernere *add. A* 2; *om. A* 1. *C.* g) stumido, *exp.* s *A* 1. h) enim nefas *A* 2; enim num fas *C.* i) suffrag. *A* 2. k) *ita A* 1. *C;* aut *A* 2. l) *inde altera manus atramento* 45 *nigriore pergit A* 1. m) *corr.* contemplari *A* 1, *et sic A* 2.

1) *Similia de Domma rettulit Ionas, V. Columbani II,* 16 *(supra p.* 267*).*

17.[a] Quidam enim[b] vir cum de Parius[c] properae[d] ad patriam remearet, percussus[e] ulcerae pessimo, quod[f] passim[g] per Galiae[h] finibus dilatatum[1] loca[i] plurima pollulabat[k], veniensque ad propriam, petiit, ut sibi[l] de puteo, quem vir[m] Dei benedixerat, et inter[n] septa caenubii sui situs[o] erat, limpa deferretur: moxque[p] *se fidem haberae[q] sospitatem[r] recepturum. Dericto[s] ministro, laticem cum benedictionem[t] deportat[u]; austaque[v] eger[w], vim[x] doloris[y] incendii vulnus craebuit, adque suspitatem reditus, vitam post incolomis cum[z] superis egit[2].

18.[a] Quanto iam onorae hac veneratione regum Francorum adque nobilium fulceretur, enarrare[b. 3] longum est. Inerrat[c] in eum[d], ut opido[e] iurae dicam[f], omnium virtutum flagrantia[g], corporis castigatio; ieiuniis et orationibus aeque[h] ut iuvenili[i] aetate tulerat, eodem[k] modo et senile portabat: exemplum subditus edocens, ut castrimargiae[4], id est gule, cenodoxiae, id est aelatione[l], arogantiae, id est superbiae, vicia[m] maxima[n], per que conpererat[o] Adam in paradiso deceptum[p], omnimodis[q] plebem subditam cavere[r] suadebat, ne[s] simili modo, sicut Adam his tribus vitiis delapsus[t] adque ad[u] gaudia paradisi segraegatus et deiectus est, simili modo immitatores eius, dum ventris ingluviae gule obediendo[v]

Cap. 17. *A* 1. 2. *Cap.* 18. *A* 1. 2. *C.*

Cap. 17. a) *om.* *A* 1. 2. b) autem *A* 2. c) *ita* *A* 1; Parisius *A* 2. d) prope *A* 2. e) est *add.* *A* 2. f) Quid *A* 2. g) *ita* *A* 2; passi simper *A* 1. h) G. f. dilatatu *A* 1; Gallie fines quid per dilatata *A* 2. i) atque *add.* *A* 2. k) *ita scripsi;* poculabat *A* 1; passus fuit. V. *A* 2. l) et intra cepta cenobii *add.* *A* 2 *(habet ea etiam suo loco).* m) viri *A* 2. n) intra cepta *utroque loco* *A* 2. o) : : tus *A* 1. p) *ita* *A* 2; Vox quae se *A* 1. q) redixit *add.* *A* 2. r) se *add.* *A* 2. s) itaque *add.* *A* 2. t) benedictione *A* 2. u) et *add.* *A* 2. v) iuxta quod *A* 2. w) dixerat *add.* *A* 2. x) *ita* *A* 2; in *A* 1. y) d. nec incendia ulceris deinceps non censit, sed sospitati redditus *A* 2. z) inc. suam usque ad finem peregit *A* 2.

Cap. 18. a) *om.* *A* 1. 2. b) inar|re *pr. m. corr.* enar|re *A* 1. c) enim *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *B. C.* d) eo *A* 2. e) *ita* *A* 1; opinor *C*; ut o. i. d. *om.* *A* 2. *B.* f) ditam *A* 1. g) fraglancia *A* 2. h) equa (*corr.* ex qua) ita ut *A* 2. i) *ita* *A* 1. *B. C*; in veneralem etatem tolleret *A* 2. k) eo m. et s. *B. C;* Et eo m. s. *A* 2. l) elacionis *A* 2. *B. C.* m) vicie *A* 2. n) maxime *A* 1. o) *ita* *A* 1. *B. C;* perierat *A* 2. p) deceptu *A* 1; deceptus *A* 2. q) omnibus modis fugerent et plebi sibi subdite *A* 2. r) eam *add.* *A* 2. s) *ita* *A* 2. *C;* Me *A* 1. t) dil. *A* 2. u) *pr. m. superscr.* *A* 1; ad *corr.* a *C (Mett.);* a gaudiis *A* 2. v) obediende *pr. m. corr.* obediendo *A* 1.

1) *De lue a.* 543. *orbem vexante (v. SS. rer. Merov. I, p.* 684*) agitur, monente Roverio.* 2) Cum superis agere *est elocutio Ionae familiaris pro vivere.* 3) *Pro verbis* e. l. est *in C haec leguntur:* ambigit nemo, qui beneficia a predictis regibus prestita per precepta chartarum, quae usque nunc in publicis arcivis predicti condita sunt monasterii, relegere cupit. *Chartas spurias (ed. K. Pertz, Dipl. p.* 113. 125*) in actis instituti Austriaci l. l. p.* 407. *examinavi.* 4) *Contra gastrimargiam et spiritum* κενοδοξίας *disputavit Cassianus, Inst. lib. V. et XI.*

subcumbunt, dum elationis[a] stimolo[b] inbecillitate animi perturbantur, dum superbiae malum anime Deo dicatae[c] vulnerantur[d], a consorcia[e] iustorum abscise[f] et omni gaudio perpetuae lucis private eterno[g] cruciato damne-
5 rentur[h]. Ipse vero ieiuniis et vigiliis vacans, omnibus inlecebris aelisis[i], pullulantibus virtutibus, animi vigore corporis voluptate[k] prohibuit, ut ignitum illo[l] igne animi desiderium, de quo igne Dominus ait: *Ignem veni mittere in terram; quam*[m] *volo, ut ardeat?* ut omnium virtutum (Luc. 12, 49.)
10 fructus[n] adtraheret, hoc[o] verbum semper corde et ore proferrens: *Concupivit anima*[p] *mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore,* et item: *Ideo dilexi mandata tua super auro et topazion.* Fratres[q] cohortans, vultu hilaris[r] et letus facie monebat[s], dicens: *Venite, exultemus Domino*[t], (Ps. 118, 20. — ib. v. 127. — ib. 94, 1. 2.)
15 *iubilemus Deo salutari nostro. Preoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. Venite, adoremus et procidamus ante Dominum [et*[u] *ploremus ante Deum], qui fecit nos, quia ipse est dominus Deus*[v] *noster.* Operi piissimo corde et corpore *vacans, memorabat[w] sanctum (ib. v. 6. — ib. v. 7. — *p. 516.)
20 Paulum dixisse, si [quis[x]] non laborasset, panem sine periculo non potuisset sumere. Et requirens instituta sanctorum patrum, inter multas collationes precipue sancti Ysaac[1] abbatis [Scithae[y]] doctrinam meditans, pro Christi dilectione se coartavit et crucem domini (2. Thess. 3, 10.)
25 nostri Iesu Christi non erubuit[z], sed portavit. Semper[a] habens[2] profunde humilitatis inconcussa fundamina, ab omni lubrice impulsationis[b] incursu animum inhibuit et ita paulatim ex contemplatione divina ac spiritali intuitu meruit sublimari. Sollicitudine[c] rerum carnalium preter (Cass. Coll. IX, 3.)
30 certas necessitatis[d] generaliter abscidit et nullius[e] negocii

Cap. 18. *A* 1 *(ad l.* 11*)*. 2. *C.*

Cap. 18. a) eletionis *A* 1. b) st. inbecillitatis *A* 1; stimulatio (*corr.* stimulo) et inbecillitate *A* 2. c) dec. *A* 1, *corr.* d) et *add. A* 2. e) *ita A* 1; consorcio *A* 2. *C.* f) abscisi et o. *A* 1; abscisis omni *A* 2. g) eternae *A* 1. h) *ita A* 1; dam-
35 nentur *A* 2; dampnarentur *C.* i) elicis et p. *A* 2 *(non C)*. k) voluntate *A* 1; volūptatem *A* 2; voluptates *C.* l) *ita A* 2; ignitum illum a. *A* 1; ignitus illius ignis amore *C.* m) quem *A* 2. n) sibi *add. A* 2 *(om. A* 1. *C)*. o) *ita C;* ho[c] *A* 1; hec verba *A* 2. p) *sequitur V. Eugeniae (inde a verbis* et iussit eam*), versu non interrupto, A* 1. q) vero *add. A* 2; *om. C.* r) ylaris *A* 2. s) *ita C;* manebat eos d. *A* 2.
40 t) ex. in d̄nio *A* 2. u) et pl. a. D. *om. A* 2; *habent C et LXX.* v) deu *A* 2. w) memor erat s. P. precepisse *C.* x) *ita C; om. A* 2. y) *ita C; om. A* 2. z) *ita C;* eribuit *A* 2. a) que *add. B. C.* b) inpulsionis *B. C.* * c) autem *add. A* 2 *(non B. C)*. d) *ita A* 2. e) *ita B. C cum Cass.;* ullius *A* 2.

1) *De Isaac abbate v. Cassian., Collat. IX.* 2) *Sunt verba Isaac ab-*
45 *batis apud Cassian., Collat. IX,* 3, 1.

causaeve[a] non solum curam, sed nec[b] memoriam quidem[c] penitus admisit. Detractionem, vaniloquia seu multiloquia, scurilitatis[d] pariter amputavit, sciens illud quod sibi quomodum religionis ordo convexerat, hoc aliis utile fore impleri, quicquid scilicet ipse a pube tenus[e] ad senilem etatem perduxerat. Nec prorsus, quamvis fessis[f] artibus, paciebatur fieri[g] silencium, quod cunctis in commune[h], vocis tuba civitate canente atque salutifera Domini precepta personante, proficeret in augmentum.

cf. Ios. 6, 5.

28. Ian. 19.[a] Obiit ergo[b] circiter CXX annorum[c], V. Kalendas Febroarias, plenus etate corporis et decore religionis. Nec[d] oculis caligavit nec[d] dencium[e] dampna sensit, memoriae[f] vigorem tenacitatem retinens, et[a], ut in plerisque fieri assolet[g], nequaquam etas decrepita, obmisso largitatis usu, avaricie umquam succubuit[h], sed omnia[i] bona, quibus etas iuvenilis succumbere solet[k], eque et senectus pollebat[l]. Sepultusque est aut procul a cenobio infra terminos monasterii, loco quem ipse predixerat[1]. Suffectusque est in loco eius abbas Silvester[2] nomine, quem[m] ipse antea vivens fratrum cetui[n] preesse preciperat; qui et religionis forma[o] et regule tenore[p] per vestigia magistri gradiens, longevo floruit tempore[3]. Post quem in supradicto cenobio Mumulinus ex iussu venerabilis viri Silvestri curam regiminis suscepit. Qui post Lingonice ecclesie[4] pontifex electus, in loco suo Leubardinum cum consensu fratrum abbatem prefecit.

579/80.

Capp. 18. 19. *A* 2. *C.*

Cap. 18. a) *ita B. C cum Cass.;* n. secularis se non *A* 2. b) *ita B. C;* ne *Cass.;* etiam *A* 2. c) *ita B. C. cum Cass.;* quid in penis inadmisit *A* 2. d) *ita A* 2. e) pubetinis *A* 2. f) fesis *A* 2, *corr.* g) *ita A* 2; *cf. Iudith* 13, 16. h) coe *m. al. corr.* cōe *A* 2.

Cap. 19. a) *om. A* 2. b) beatus Iohannes abbas habens *add. A* 2; *om. C.* c) annos *A* 2. d) non *B. C.* e) damna dentium *B. C.* f) *ita C (Mett.);* memoriam nativitatis ret. *A* 2. g) solet *B. C.* h) subcumbuit *A* 2. i) omnibus rebus bonis *B. C.* k) cumbere solet *A* 2; succubuerat *B. C.* l) *ita B. C;* s. eius portabat *A* 2. m) que *A* 2. n) setui *A* 2. o) *ita C;* formam servans et r. tenorem *A* 2. p) et *add. A* 2; *om. C.*

1) *In textu C, quem Roverius, Reomaus, Paris.* 1637, *p.* 23, *edidit, haec addita sunt:* anno Domini DXII, iuxta quod in cyclo beati Victurii episcopi numeratur; *v. supra p.* 322, *n.* 2. 2) *Silvester abbas clericum pedibus captum sanavit, teste Fortunato, V. Germani c.* 35. 3) Quievit igitur venerabilis Silvester XVII. Kl. Mai. et sepultus est in aecclesia sancti Iohannis *add. C, consentiente Martyrologio Reomaensi; cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 618. 4) *Cf. Greg., H. Fr. V,* 5: In cuius *(Pappoli)* loco Mummolus abba, quem Bonum cognomento vocant, episcopus substituitur. *Mummolus episcopus Lingonensis a.* 583. *et* 585. *conciliis Matisconensibus subscripsit; cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 161. 172.

qui sepulcrum, ubi reliquie sancti corporis beati Iohannis condite erant, in loco in quo nunc est mutavit.

20.[a] Nec absurdum videtur huic operi inserere, que tunc in ea sunt acta *commutatione. Nam cum *p. 517.
5 sepulcrum illud a loco in quo positum erat avellere ac commutare voluissent, [et[b] sublata humo undique, nequaquam tamen sarcofagum movere possent], triduani ieiunii subire laborem consilii[b*] fuit. Cum[c] iam tercia[d] dies a[e] ieiunio illuxit, — erat enim X. Kals.[f] Octobris[1], Sept. 22.
10 in quo die veneranda festivitas beati Mauricii[2] martiris cum sociis suis mundo clara nitescit[g], — et fessa iam ieiunio membra post matutinos[h] cantus rursum in sopore requiescerent[i], quidam senex ecclesiam [introiens[k], cernit beatos senes], sibique[l] videbatur Iohannem et Silvestrum
15 ante sepulcrum adstare[m] atque his qui cum eis inerant[n], albis vestitis[o] stolis, imperare, ut sepulcrum moverent[p] ac in locum ubi nunc est situm promoverint[q]. Cumque ille audaci animo cerneret, quid ageretur, a Iohanne, ut ipse arbitrabatur, increpatus est: 'Cur', inquid, 'ausus[r]
20 ecclesiam introisti[s]? Sed[t] quia simplici corde tuum cognovi introitum, vade', inquid, 'et concito gradu, tam Leubardino[u] quam sodalibus excitatis[v], ceptum opus cito peragant!' Festinus ille a[q] Leubardinum abbatem cucurrit ac rei geste causam deprompsit[w]. Ille cum
25 suis ovans surrexit, ac[x] agnita voluntate atque permissione[y] proprie devocionis, surgentes atque[z] sepulcrum amoventes, eo[a] in loco ubi nunc est commutarunt, et[b] ad sanctum altarium cum consilio epi-

Capp. 19. 20. *A* 2. *C.*

30 *Cap.* 20. a) *om. A* 2. b) et — possent *om. A* 2; *ex C ea inserui.* b*) *ita scripsi;* consilium *A* 2. *C.* c) Cum enim iam *A* 2; Cumque iam *C.* d) tercius *C.* e) d. ieiunii illuxisset *C.* f) Decembris *add., sed delet. A* 2. g) nitescie *A* 2. h) matutinorum *C.* i) *ita A* 2; quiescerent *C.* k) *ita C;* introiens — senes *om. A* 2. l) ut sibi *C.* m) stare *et add.* qui ei in regimine loci successerat *C.* n) erant *C.*
35 o) *ita C (Mett.);* vestiti *A* 2. p) moventes in locum perducerent destinatum *C.* q) *ita A* 2. r) es *add. C.* s) introire *C.* t) *pr. m. superscr. A* 2. u) Leopardinum quam sodales *C.* v) *ita A* 2; excitato *et add.* ut *C.* w) depromit *A* 2. x) ac agni eius v. *A* 2; *post* et a. v. *add.* sancti viri *C.* y) permissu *C.* z) et *C.* a) in locum destinatum illud comm. *C.* b) *ita A* 2; e. Ubi et s. *C.*

40 1) *Eundem diem translatio illa in Martyrologio Reomaensi occupat; cf. 'N. Arch.' l. l.* 2) *Mauricio etiamnunc ecclesia dicata est, quae locum, ubi Iohannes sepultus esse videtur, Corpus sancti (hodie Corsaint) nominatum occupat.*

scoporum est[a] situm, quo[b] Christi hostiae litantur atque orationum[c] officia persolvuntur, ubi et[d] remedia egris et[e] quorumque votis solamina beneficiorum accommodantur[f], cui est honor et gloria in seculorum secula. Amen. 5

Cap. 20. *A* 2. *C.*

Cap. 20. a) Christum *add., sed delet. A* 2; struxerunt *pro* est s. *C.* b) *ita C;* ubi christicole letantur *A* 2. c) *ita C;* orationis officio funguntur *A* 2. d) *ita C,* etiam *A* 2. e) *ita C;* cecisque vota solempnia *A* 2. f) attribuuntur *C.*

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM.

SCRIPSIT WILHELMUS LEVISON.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.

C.

R.

S.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

SCRIPSIT WILHELMUS LEVISON.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.